




Lca. 190<sup>a</sup>





SPECIMEN  
EXERCITATIONVM CRITICARVM  
IN  
VERSIONEM  
LXX. INTERPRETVM  
EX  
PHILON.



AVCTORE  
CLAUDIO FREES HORNEMAN.

---

GOTTINGAE  
APVD IO. CHRISTIAN. DIETERICH  
M D C C L X X I I I.

COEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE

VIRO  
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
OTTONI  
COMITI DE THOTTE  
DYNASTAE  
IN GAVNOE, LINDESVOLD ET STRANDEGAARD,  
AVGVSTISSIMI  
DANORVM REGIS  
IN CONCILIO REGNI INTIMO  
ADMINISTRO.

REL. REL.



LITERARVM  
AESTIMATORI, AMATORI,  
AC VINDICI,  
DOMINO MEO  
GRATIOSISSIMO  
TIROCINIVM HOC  
EA, QVA PAR EST, DEVOTISSIMAE  
MENTIS OBSERVANTIA

D. D.

C. F. Horneman.

EXERCITATIO PRAELIMINARIS  
DE  
TEXTVS LXX. INTERPRETVM  
EX HEXAPLIS ORIGENIS  
INTERPOLATIONE,  
ET  
VSV PHILONIS IVDAEI  
IN ILLO EMENDANDO.

A





## EXERCITATIO PRAELIMINARIS.

---

### §. I.

*Ne unicum quidem exemplar versionis των ὁ, cum  
authenticis Alexandrinorum interpretum MSS.  
perfecte congruum, Origenis tempore  
superfuisse videtur.*

**S**i Versio LXX. interpretum, ut omnibus Biblio-  
rum Hebraicorum versionibus et co-  
dicibus MSS. longe antiquior, ad lectionem quan-  
dam Codicis sacri, vel emendandam, vel confirman-  
dam, merito adhiberi potest; ipsi quoque textui anti-  
quo versionis Alexandrinae restituendo summa dent  
operam Eruditii, necesse est. Optima autem norma,  
ad quam, si fieri posset, conformari deberent omnes  
των ὁ editiones, absque omni dubio forent ipsa Ale-  
xandrinorum interpretum MSS. authentica; Sed pe-

A 2

rierunt

rierunt illa, et *Origenis* jam tempore prorsus deperdita, vel saltem ignota fuisse videntur. Imo vero, ne unicum quidem exemplar, cum originali Versionis των ὁ editione perfecte congruum, tunc temporis superfuisse, verosimile est: Ipse enim *Origenes* (*a*) βιβλίος ἑργες (i. e. Versionem LXX. interpretum) partim Judaeorum fraude (*b*), partim vero et praeципue librariorum vitiis depravatos corruptosque fuisse queritur: νυν δέ, inquit (*c*), δηλονοτι πολλα γεγονεν οὐτῶν αντιγραφῶν διαφορα, (tam ab originali Versione των ὁ, quam editionum inter se invicem) εἰτε από ράθυμας τινῶν γραφεων, εἰτε από τολμης τινῶν μοχθηρας της διορθωσεως των γραφομενων, εἰτε καν από των τα εἰαυτοις δοκεντα εν τη διορθωσει προσιθεντων η αφαιρεντων. Posteaque se vitia editionum των ὁ opere suo Hexapla emendare posse sperat; quemadmodum quoque alio loco (*d*) testatur, se maxima illa των ὁ corruptione praecipue ad Hexapla condenda fuisse permotum. Veri igitur simillimum videtur, *Origenem*, qui opus il-

lud

(*a*) in epistola ad *Africanum* Oper. Tom. I. p. 6. ed. de la Rue.

(*b*) Homilia in Jerem. XVI. Oper. Tom. III. p. 234. De hoc, aliquisque vitiis textus των ὁ ante Hexapla *Origenis*, disserunt Doctiss. GRABIVS in Diff. de vitiis LXX. et Rever. D. Henr. OWEN in libro, cui titulus: An Enquiry into the present State of the Septuagint Version, Oxford. 1769. 8.

(*c*) Tom. III. p. 671.

(*d*) Tom. I. p. 16.

Ind immensae molis, ob vitia editionum των ὁ emendanda, suscepit, ne unicum quidem exemplar, cum originali Alexandrinorum versione perfecte congruum, invenisse; Et certo experientiae contrarium fuisse, si, ipsis authenticis Alexandrinorum MSStis deperditis, unicum modo exemplar, ab omnibus temporis injuriis, librariorumque vitiis immune, ad *Origenem* pervenisset. Exstat autem apud *Hieronymum* locus, qui huic sententiae, effatis *Origenis* et experientia nixa, manifeste contradicere videtur: In epistola enim ad *Suniam et Fretelam* (e) de Hexaplari editione των ὁ sic loquitur: „*Ea autem, quae habetur in Hexaplis, et quam nos verimus, ipsa est, quae in Eruditorum libris incorrupta et immaculata LXX. interpretum translatio reservatur; Quicquid igitur ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita et ab Hebraeorum auctoritate discordet.*” Ut verba *Hieronymi* eo melius intelligere possimus, quaerendum est: num de Hexaplari των ὁ editione, ab *Origine* emendata, et Asteriscis aliquique signis interpolata; an vero potius de nuda LXX. interpretum Versione, qualis, signis et additamentis *Origenis* abstractis, in quinta Hexaplorum columna conspiciebatur, locutus sit? Si prius, sibi metipsi manifeste contradixisse videtur *Hieronymus*:

In

---

(e) quae in edit. Benedict. IXaa est, in editione autem VALLARSII CVta Oper. tom. I, p. 637.

In epistola enim ad *Augustinum* (f) de *Origenis* emendationibus textus των ὁσίων loquitur: „*Miror, quomodo LXX. interpretum libros legas, non puros, ut ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos, sive corruptos potius per Obelos et Asteriscos, praesertim cum ea, quae addita sunt, ex hominis Iudei atque blasphemii, post passionem CHRISTI, editione transmiserit; - - - Vis amator esse verus LXX. interpretum, non legas ea, quae sub Asteriscis sunt; imo rade de voluminibus, ut veterum te sautorem praeberes.*” Quomodo vero, nisi aut hic *Augustinum* ironico sermone perstringere voluerit, aut illo, quo haec scripsit, tempore sententiam suam de laboris *Origeniani* utilitate penitus mutavisset, altero loco editionem των ὁσίων ab *Origene emendatam, puram esse et immaculatam* diceret, eique eandem, ac ipsi textui *Hebraico, autoritatem tribueret?* At vero, si posterius ponatur, quod nempe de *intabia et non emendata hexaplari των ὁσίων* editione locutus sit *Hieronymus*; quaerendum omnino erit: num illud versionis Alexandrinae exemplar, quod *Origenes* in Hexaplis suis collocavit, et *Hieronymus* latine vertit, *incorrupta et immaculata fuerit* LXX. interpretum versio? Certe hoc ipsi experientiae et effatis *Origenis*, supra allatis, aperte contradicit. An vero *Hieronymo* potius, ac *Origeni*, hac in re habenda

---

(f) quae in ed. Benedict. inter criticas LXXIVta est; in ed. vero VALLARSII CXIIIma Oper. Tom. I, 746.

benda sit fides, dijudicare haud est difficile. Quin etiam, ipse Hieronymus in scriptis suis passim de vitiis editionum των ὁ queritur, eaque ex Hebraico textu se emendasse testatur: „*Multum, inquit (g), in hoc loco septuaginta editio hebraicumque discordat; primum ergo de Vulgata (i. e. versione των ὁ, νοινη dicta) (h) tractabimus, et postea sequemur ordinem veritatis.*” Et paulo post (i) differentiam inter omnes sui temporis editiones et prima authentiea των ὁ exemplaria ipse concedit; „*Unde mihi, inquit, haec datur suspicio, non eos (τας ὁ) errasse ab initio, sed paulatim scriptorum vitio depravatos.*” Quin etiam alio loco (k) verbis, quibus nil manifestius, sequentibus utitur: „*Si septuaginta interpretum pura, et ut ab eis in Graecum versa est, editio permaneret; superflue me, mi Cro-mati Episc. - - - impelleres, ut tibi Hebreæ volumina Latino sermone transferrem. - - - Nunc vero, cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, et germana illa antiquaque translatio corrupta sit atque violata &c.*” Sive legitur de emendata sive non emendata Hexaplari των ὁ editione supra locutus sit Hiero-

<sup>sup</sup> *ad loc. non impetrando quod ruriole signimus;*

(g) Lib. IX. in Esaiam Cap. XXX, v. 22, Oper. Tom. IV.  
p. 411. ed. Val.

(h) cf. infr. §. 5.

(i) ad vers. ult. l. c. p. 415.

(k) in Apolog. adv. Rufin. lib. I. p. 522. Oper. Tom. II.

*nymus*; contra nostram sententiam nil facit locus iste, qui cum veritate non aliter conciliari posse videtur, quam si cum *Vallarsio* (*l*) in ultimis *Hieronymi* verbis vitiosam lectionem concedamus, simulque *Grabio* assentiamur, qui (*m*) *Hieronymum* per *incorruptam* et *immaculatam* LXX. interpretum versionem nil aliud, quam *notae melioris*, *minusque corrupta* quaedam exemplaria versionis των ó intellexisse statuit; Quod, si ita sé habet, vera dixisse *Hieronymum* statim probare conabimur.

## §. II.

*Fuere tamen aliqua, hoc tempore, melioris notae  
minusque corrupta exemplaria  
versionis των ó.*

Quod inter tot exemplaria MSSta των LXX, quae per sex circiter saecula descripta fuerant, pro varia descriptorum accurazione vel negligentia non potuerit non ingens existere differentia, vel ipsa experientia docet; Probant hoc innumera apud Patres antiquissimos loca ubi variae lectiones των ó afferuntur; Probant etiam testimonia illorum scriptorum, qui non solum quo-rundam codicum MSStorum prae aliis praestantiam testati sunt; sed ea quoque MSSta nominarunt, quae

pro

(*l*) in annotatione ad hunc locum.

(*m*) vid. Joh. Ernest. GRABII Dissertatio de vitiis LXX, Interpretum ante Origenem. Cap. I. §. 4. p. 54. ed. Oxon.

pro optimis minusque corruptis habenda essent: Sic *Origenes* (n) ἐτῶ γαρ, inquit, εν τοις αἱρεθεσιν αντιγραφοις εὑρομεν (o) καὶ ταῖς λοιπαῖς παρατάξεις Ἐβδομηκοντα εκδοσεσ (p) καὶ τῷ Ἐβραιῳ” et alio loco: (q) Διστὸν γαρ, inquit, οὐ γραφη; εν μεν γαρ τοις πλειστοις αντιγραφοις . . . . εν δὲ τοις αἱρεθεστοις καὶ συμφωνησι τοις Ἐβραιοις.... Imo *Anastasius Sinaita* in loco notatu dignissimo, quem infra (r) exscriptum invenies, accuratiora quaedam των ὁ exemplaria, inter quae etiam Hexapla rem *Origenis* editionem, enumerat; Et certe quoque nulli dubium esse potest, quin ex omnibus melioris notae exemplaribus optimum, quod invenire potuerit *Origenes*, in Hexaplis suis collocaverit; Quinta igitur Hexaplorum columnna, si integra adhuc, cum omnibus signis *Origenis*, accurate adscriptis, ornata exstaret, ipsam antiquam κοινην *intablam* simul et emendatam exhiberet, adeoque optimum foret medium textum editionum των ὁ emendandi; Perierunt autem

tem

(n) Comentar, in Johan, Oper, T. II. p. 100.

(o) Quod vero hic de versionis την ο, et non de Novi Testamenti, codicibus sermo sit; ex iis patet, quae proxime sequuntur.

(p) i. e. in reliquis versionibus Bibliorum Graecis, Aquila, Symmachii cet. quae semper apud Origenem λοιπας εκδοσις audiunt. cf. infr. §. 5.

(q) Homilia 14ta in Jerem, Oper, Tom. II. p. 133.

(r) §. IV.

tem ipsa *Origenis Hexapla* (s), atque in Hexaplari-  
bus codicibus των ὁ falso saepissime descripta fuere  
signa et additamenta *Origenis*, ita ut *Origenianarum*  
emendationum occasione corruptior potius, quam  
correctior redditus sit textus versionis των ὁ; Id quod  
ex sequentibus patebit.

## §. III.

*De Textus των ὁ ex Hexaplis Origenis  
interpolatione.*

Hexapla rem editionem των ὁ, i. e. illud ver-  
sionis LXX. interpretum exemplar, quod quintam  
Hexaplorum columnam occupabat, partim ex ipso-  
textu Hebraico emendayerat; partim ex aliis versio-  
nibus Bibliorum Graecis, Theodotionis praecipue,  
multis locis textui Hebraeo conformaverat *Origenes*;  
sed tanta tamen religione et timiditate, ut nullam  
mutationem, cui non vel Asteriscum \*, signum  
additamenti, in textum των ὁ inserti; vel obelum  
÷, signum propositionis e textu των ὁ delenda; vel  
denique Lemniscum —, aut Hypolemniscum —,  
praefixisset, facere ausus sit; Propositionem adden-  
dam, delendam, corrigendam semper claudebant  
duo puncta : (ss). Hoc autem artificio intačia si-  
mul

(s) cf. Montfau. Praelim. ad Hexap. *Origenis* p. 76. et  
Kennicot. Dissert. II. p. 378. vers. lat. *Cel. Telleri.*

(ss) De Asteriscorum et Obclorum usu vid. *Orig. oper.*  
*Tom.*

mul et emendata in *ipsis Origenis Hexaplis* conspi-  
ciebatur antiqua LXX. interpretum versio; ita ut  
nulla *Origenis* culpa facta sit corruptio textus των  
LXX. Tanta vero industria elaboratum erat opus  
*Origenis* Hexapla; tanta erat utilitas, quam exin-  
de haurire sperabat ecclesia Christiana, ut omnium  
affensione fuerit comprobatum. Quinta igitur He-  
xaplorum columnā, quae versionem των ὁ emen-  
datam continebat, saepissime descripta fuit; Omnia  
signa *Origenis* cum additamentis et mutationibus,  
quam citissime fieri potuit, in omnes fere των ὁ edi-  
tiones inserta fuere vel ad marginem adscripta; ita  
ut, proximo jam post *Origenem* saeculo, summum  
hunc emendationum *Origenis* abusum queratur *He-  
ronymus*: In epistola ad *Augustinum*, postquam (*t*)  
interpolationem *Origenis* vituperasset, et *Augustinum*  
adhortatus esset ea non legere, quae sub Asteriscis  
sunt, sequentia addit: "quod si feceris, omnium Ec-  
clesiarum Bibliothecas damnare cogeris; vix enim unus  
aut alter inveniatur liber, qui ista (signa et additamen-  
ta *Origenis*) non habet" Et alio loco (*v*): *omnes* in-  
quit,

---

Tom. I. p. 16. Tom. III. p. 671. 672. de Lemnisci vero et  
Hypolemnisci significatione dissentient Eruditi, quemadmo-  
dum quoque Obeli et Lemnisci figuram varie exprimunt. vid.  
*Montfauc.* Praelim. in Hexapl. Orig. cap. IV. sect. IV. de  
omnibus signis Hexaplorum *Origenis* differunt *GRABIVS* in  
Diff. de vitiis LXX. §. 4-12.

(*t*) loco supra pag. 6. not. f. allato.

(*v*) in prooemio comentar. in *Daniel. Oper.* Tom. V. p. 622.

quit, *Christi Ecclesiae, tam Graecorum, quam Latinorum, Syrorumque et Aegyptiorum hanc sub Asterisca et Obelis editionem legunt*". Porro in *Eusebii Demonstratione Evangelica* duo loca invenimus, quae indicare videntur, ea exemplaria των ὁ, quae ex Hexaplis interpolata erant, proximo post *Origenem* aevo, pro optimis fuisse aestimata: "οὗτοι καὶ, inquit (x), πάρα τοῖς αἱρίσεσιν αντιγραφοῖς τῶν Ἐβδομηκόντα τὸ σὺ μετὰ αἰσέρισκον παραθεσεώς προσκείται", et altero loco (y): αλλ' εν, inquit, εν τῷ Ἐβδαιῳ ταῦτα ἔρουντες, καὶ εν ταῖς τῶν λοιπῶν ἐρμηνευτῶν εὐδοξεσιν, ετι μετὰ παραθεσεώς αἰσέρισκων καὶ εν τοῖς αἱρίσεσι τῶν εν τοῖς Ἐβδομηκόντα αντιγραφοῖς, αναγκαῖος αυτα παραθεμέθα". *Basilius* denique, τα τοινυ, inquit (z) αἱρίση τῶν αντιγραφῶν ωβελίσαι, ο δε οβελος αἰστησεως συμβολον". Quanta vero confusio textus των ὁ ex frequentissima illa signorum et emendationum *Origenis* transcriptione oriri debuerit, vel ipsa experientia docet: Quam facile enim fieri potuit, ut signa in scribendo vel falso loco apposita fuerint, vel prorsus omissa? Et tum omnino ab additamentis *Origenis* distingui non poterat ipsa LXX interpretum versio. Atque illud revera ita factum fuisse,

(x) lib. VIII. p. 383. ed. Paris. 1628.

(y) lib. X. p. 484.

(z) Homilia IV. in Hexaemeron. Oper. Tom. I. p. 37. ed. Garnier.

fuisse, expresse docet Hieronymus: "Hinc, pergit l.c., apud vos et apud plerosque error exoritur, quod, scriptorum negligentia virgulis et afferiscis substratis, distinctio universa confunditur". Haec vero, cum ita se habeant, cumque unicus modo hodie notus sit codex MS. των ὄ, cuius aetas ultra tempora Hieronymi prorogari poterit (a); in maximam fane interpolationis suspicionem plurimi adhuc superstitem ut cadant, necesse est. Quin etiam manifestissima ejusmodi interpolationis exempla hodie adhuc praebent optimi codices MSS. sunt autem, unanimi Eruditorum consensu, *Alexandrinus* et *Vaticanus* cod.(aa) MSS. omnium, ad hodiernas των ὄ editiones adornandas adhibitorum, longe praestantissimi; De his igitur, quorum ille in *Grab.* sive *Breiting.* hic vero in *Romania* των ὄ editione, ad litteram expressi sunt, interpolationem Hexaplaarem exemplis probare sufficiat: praeципue, cum aliorum cod. MSS. των ὄ nullam, nisi vel ex Bibliothecarum catalogis, vel ex aliis testium oculatorum descriptionibus, notitiam habere potuerimus,

(a) nempe codex MS. *Cottonianus*, cuius mentionem fecit *GRABIVS* in epistola ad *Millium* p. 1. 2. ed. Oxon. *Omnium*, qui hodie supersunt, antiquissimus creditur hic cod. sed solum primum librum *Mosis* continet.

(aa) Historiam duorum codicium celeb. quod attinet, de illo praecipue ad Doctiss. *Grabii* proleg. in *Ostat.* cap. I. §. 1. sq. de hoc vero ad Cel. *Morini* epistol. ad *Papam Sextum V.* de LXX. interpr. lectorem ablegamus. De utroque codice egit Cel. *Kennicor*, in *Diff.* II. p. 390. vers. *Telleri*.

rimus. *Complutensis* vero *Aldinaeque των ὁ* editio-  
num interpolationis exempla afferre, cum easdem ex  
optimis et antiquissimis, praeter *Alex.* et *Vat.* exem-  
plaribus MSS. desumptas esse testati sint Editores, nec  
ab re nostra fore credidimus.

- 1) In *Alexandrino* igitur MS. quod nulla signa  
*Origenis* continere testatur *Wetsteinus* (b), ut  
suminum tamen meritum id laudat *Grabius* (c),  
quod cum Hexaplii editione *των ὁ*, ab *Orige-*  
*ne* emendata, conveniat; Et certe magnus est  
numerus locorum, ubi *Grabius* Asteriscos, ex  
Hexaplaribus (d) *των ὁ* codicibus desumptos,  
verbis *Alexandrini* codicis. (e) praefixit; quae  
loca certissima illius codicis interpolationis ex  
Hexaplis documenta ante oculos pōnunt. Uni-  
cam modo, illamque notatu dignissimam, *A-*  
*lexandrini* codicis interpolationem, ex Hexa-  
plis etiam, ut videtur, ortam annotabimus (f).
- 2) Codicis *Vaticani* ex Hexaplis interpolationem

vel

(b) Proleg. in Nov. Test. p. 71, ed. Seml.

(c) Prolegom. in Oftateach. cap. II. §. 9.

(d) i. e. qui signa *Origenis* continent.(e) *Alexandrini* codicis verba in ed. *Grab* et *Breit*, sunt  
omnia, quae in margine adscripta sunt, atque in textu ea,  
quae minoribus litteris non sunt exarata.(f) vid. *Montfanc. Praelim.* ad *Orig. Hexap.* Tom. I. p.  
95. 96. ed. Bardt, falso vero hic citatus est locus I. Sam. VI.  
est enim I. Sam. Cap. XVII. v. 11-32.

vel ipsi codicis editores Romani his verbis concedunt (g): *Vitia tamen habet . . . . nam in libris Prophetarum, qui maxime in hoc exemplari (uno excepto Daniele) puram LXX Editio nem respiciunt, mirum quam multa non habeantur, quae tamen recte abesse et eorum Interpretum non esse intellectum est, tum ex Commentariis veterum scriptorum Graecis et Latinis, tum ex libris MSS. in quibus illa addita sunt sub Asteriscis . . . . Quod si aliqua videbuntur in hac editione, ut ait B. Heronymus, vel lacerata et inversa, quod ea, sub Obelis et Asteriscis ab Origene suppleta, distincta non sint, vel -- cet.* Atque eandem exemplis clarissimis extra omne dubium posuit Montfauconius (h); Nos quoque in Exercitationibus nostris varia illius exempla annotabimus, quorum unum hic proferamus: Gen. II, 4. Alex. et Vat. MSS. ut et Ald. ed. των ὁ κυριος ὁ Θεος legunt; Quod vero κυριος non vera sit lectio antiquae versionis LXX, sed potius ex Hexaplis Origenis, ob Hebr. יְהוָה insertum, exinde constat, quod in Complutensi των ὁ editione, in MS. Oxon. των LXX., quod contulit Cel. Sabatier, et in textu Philonis (hh) non invenia-

(g) in Praefatione, quae nullis paginis signata est.

(b) Praelim. ad Hex. cap. IV. scit, V. in fin.

(bb) p. 43, 44. ed. Francof.

inveniatur, atque a *Grabio* ☒ signatum sit. Et mihi certe orta est suspicio, vocem κυριος plurimis locis in Textum των ὁ ex Hexaplis fuisse insertam, adeoque ipsos Alexandrinos Interpretes in suo textus Hebr. exemplari, aut unicum modo vocabulum, five יְהוָה five אלֹהִים, legisse, aut utramque vocem יְהוָה אלֹהִים per unicum verbum ὁ Θεος explicasse. Plura vero hac de re vid. in Exerc. nostris ad Gen. VI, 8.

- 3) *Complutensis* των ὁ editionis interpolationem sequentia ostendunt loca: Lev. XXVI, v. 16. pro Hebr. legit בַּהֲלָה legit σπεδὸν την αποριαν, quae, nullum omnino sensum praebentia, ex interpolatione Hexaplari orta videntur: Nam non solum ὁι Αλλοι in Hexaplis *Montfauconii* (i); sed et codex MS. Hexaplaris *Vossii* (k) vocem σπεδῃ ante την αποριαν exhibit quae vero ex Hexaplis in codicem MS. των ὁ inserta et postea in editione *Complutensi* descriptoris vitio in σπεδὸν mutata fuit. Gen. II, 5. in ed. *Comp. κυριος* ante ὁ Θεος interpolatio Hexaplaris esse videtur:

(i) ad h. l. Αλλ. και ἐπισκεψώματι ὑμας σπεδῃ την ἀνεμόφθοριαν.

(k) *Grabinus* proleg. in *Ostat*, cap. II. §. 9. codicem MS. *Vossianum*, cuius ipse l. c. cap. III. §. 4. et *Usserius* in *Synagogi*, de LXX. p. 105. ed. Lond. mentionem faciunt, sic legere testatur: ἐπισευκλω εφ' ὑμας ☒ σπεδῃ: την αποριαν.

videtur: *Philo* enim, codd. MSS. *Vat.* et *Alex.*, *Aldinaque των ὁ* editio hanc vocem omittunt.

- 4) *Aldinum quoque των ὁ exemplar* haud purum, sed ex Theodotione nonnullis in locis interpolatum, declaravit *Andreas Mafus* (*l*); Duo interpolationis exempla proferre sufficiat: *Josu.* cap. VIII. totum versum 13. et in versu 14. verba: *καὶ ὡρθοτε*, ex Hexaplis interpolata putat *Mafus*; Atque haec omnia, in *Aldina των ὁ* editione obvia, in *Romana* deesse vidimus. Gen. II, 4. etiam in Ald. ed. LXX. *κυριος* ante ὁ *Θεος* ex Hexaplis secundum text. Hebr. interpolatum inventitur. Plura vero omnium *των ὁ* editionum ex Hexaplis (*m*) interpolationis exempla in Exercitationibus nostris paſſim inveniuntur.

#### §. IV.

---

(*l*) in *Annotat. ad libr. Josuae*, Graece ab ipso editum secundum MS. Syriacum, quod omnia signa *Origeniana*, accurate adscripta, continere testatus est. Locum in annotationibus *Mafii* allegatum legimus in *Criticis Sacr. Anglic.* Tōm. II. p. 30. Et cum his annotatt, aut cum ipso *Josuae* libro, a *Mafio* edito, qui hodiernas *των ὁ* editiones conferre velit, multa illarum ex Hexaplis interpolationis exempla inveniet.

(*m*) Vix opus est indicare, etiam illas interpolationes textus *των LXX*, quae forsan ex ipsis recentioribus versionibus Bilingualum Graecis, aut ex Tetraplis et Octaplis *Origenis*, ortae fuerint, sub nomine *Hexaplari apte* comprehendendi.

#### B

## §. IV.

*Media antiquam editionem κοινην restituendi. Variæ hujus vocis significationes illustrantur. Pauca ab Anastasio Sinaita indicantur melioris notæ exemplaria τρωό, quae ad vitia textus τρωό emendanda utilissima videntur.*

Dantur tamen adhuc media, quibus plurimae saltem hodierni textus τρωό interpolationes detegi possint; adeoque illa, quam antiquam κοινην apte vocarunt Eruditi, editio restitui. *Hujus vero vocabuli notio tam vaga et incerta mihi visa est, ut omnes illius significatus indicare haud abs re fore videatur;* Nonnunquam pro ipsa LXX. interpretum versione sumitur, qualis illa a primis Alexandr. interpretum temporibus usque ad Hexapla Origenis euulgata comparata fuerit: Sic duabus vicibus apud Hieronymum editio κοινησive Vulgata, versionis τρωό Synonymum, occurrit: *libr. sc. IX. commentar. in Esaiam (n).* Nec non in *praefat. commentar. in Daniel. (o)*, „*Origenem de Theodotionis opere in Vulgata Afteristos posuisse*“ dicit. Cur autem Versio LXX. interpretum hoc nacta sit nomen, difficile haud est conjcicere: Eandem enim in tota ecclesia Christiana summo in honore habitudinam,

(n) Loco, quem supr. p. 7. not. g. et i. attrulimus.

(o) Oper. Tom. V. p. 620. 621.

tam, solamque publice receptam fuisse (*p*), constat. Hinc facile vero fieri potuit, ut, quemadmodum in ecclesia Latina peculiaris quaedam Bibliorum versio (*q*), ante *Hieronymum*, *Vulgata* dicta fuerit, atque jam antiqua illa, ab *Hieronymo* emendata, et auctoritate concilii Tridentini ad publicum usum in ecclesia Romana introducta, *Vulgata Hieronymi* audiat, sic versio quoque LXX. interpretum nomen *zōyn* fortita sit. Nihil quoque obstat, quo minus illa, licet *peculiaris* quaedam esset Bibliorum *versio*, *editio* tamen *zōyn* vocari potuerit: Sic enim nominata videtur in oppositione ad recentiores versiones Bibl. Graecas, quae etiam *editiones* dici solent: *Origenes* nempe (*r*) „*τες Εβδομηντα εκ των λοιπων ενδοσεων*” (*s*) *emendassem*“ dicit; Sic etiam alio loco (*t*) e contextu patet, *Origenem*, quando de *editionibus Graecis* loquitur, *non varias των ὀ editiones, sed alias versiones Graecas* intelligere. Sunt porro, qui *editionem zōyn* pro sola *Hexaplii των ὀ editione*, ab *Origene nondum interpolata*, accipi velint (*v*). A prioribus

vero

(*p*) cf. *Augustin.* lib. 18. de civitate Dei cap. 43.(*q*) Italae honorem hunc tribuit *Blanchinus* in *Vindiciis p. XXVI.*(*r*) *Commentar. in Math. Oper. Tom. I.* p. 381.(*s*) i. e. ex reliquis versionibus Graecis: *Aquilae, Symmachus, Theodotionis, quinta, sexta, et si plures fuerint.*(*t*) *Oper. Tom. III.* p. 672.(*v*) In hac significatione sumi potest *Vulgata* loco *Hieronymi*,

vero diversus videtur ille *editionis κοινῆς* significatus, qui apud *Hieronymum*, in epistola ad Suniam et *Fretelam* (x), occurrit; Ubi: *Illud*, inquit, breviter admoneo, ut sciatis, etiam esse editionem, quam *Origenes* et *Eusebius Caesarensis*, omnesque Graecos trahitores κοινῆ nominant, i. e. communem atque *Vulgatam*, atque a plerisque nunc λεκτικοῦς dicitur (y); Aliam *LXX. Interpretum*, quae et in Ἑλληνικοῖς codicibus reperitur . . . κοινὴ autem ista, i. e. communis, ipsa est, quae et *LXX.* Sed hoc interest inter utramque, quod κοινὴ pro locis et temporibus vetus corrupta editio est, ea autem . . . Et tum sequuntur verba,

quae

---

paulo supr. not. n. citato. Ubi vero et illam, quam primo loco attulimus, significationem habere potest. Sic etiam in *Blanchini Vindictis* p. 256. vox κοινή, utro modo velis, intelligi potest. Et certe posterior hic significatus prioris illius species est: Si enim editioni κοινῇ primum supra allatum significatum tribuere velis; ad illam referri debet *Hexaplaris τῶν διδόντων*, ab *Origene* nondum interpolata.

(x) Loco, supra pag. 5. not. e. citato, p. 636.

(y) Tota illa de editione κοινῆ controversia potissimum dirimenda videtur, si, quantum significationem huic voci tribuerit *Origenes*, certo scire possemus; Vocem autem κοινῆ, de ipsa *LXX. Interpretum* versione, vel de certa τῶν διδόντων editione, vel denique de recentiori quadam versione *Bibliorum Graeca usurpatam*, apud *Origenem* invenire non potui. Ipsam editionem *Lucianeam* certe κοινὴν vocare non potuit *Origenes*, ut-pote quae illius tempore nondum elaborata esset; Cui tamen cum antiqua κοινῇ hoc commune fuisse videtur, quod correctio fuerit textuque Hebraico saepè convenientior recentioribus, ex *Hexaplis* interpolatis, editionibus τῶν *LXX.* vid. infr. p. 22.

quae supra p. 5. exscripsimus. Editio illa, quam hoc  
loco οντων et λαζαριανον vocat *Hieronymus*, procul  
dubio eadem est, quam alio loco, (z) „a *Luciano*  
*elaboratam, atque a Constantinopoli usque Antiochiam*  
*praecipue usurpatam fuisse” docet; De qua autem,*

utrum peculiaris aliqua versionis των ὁ editio sit; an  
vero authentica Bibliorum versio, a *Luciano* secun-  
dum ipsum Hebraicum textum elaborata, varie olim  
fenserunt Eruditi: Eam nempe pro authentica Biblio-  
rum Hebraicorum versione, eaque cum LXX. inter-  
pr. nullo modo comparanda, habuerunt Romani των ὁ  
editores, in praefatione de Luciane editione sic lo-  
quentes: *His additur alia quaedam editio sancti Lu-  
ciani Martyris, qui vixit sub Diocletiano et Maximia-  
no impp., valde illa quidem probata; sed quae cum LXX.*  
*interpret. comparari nullo modo possit, vel ipsis etiam*  
*Graecis scriptoribus testantibus, et Niceta (a) confir-  
mantem his plane verbis: .... Verba vero Nicetae, cum ex-  
tra connexionem attulerint, et praecipue notanda o-  
miserint Romani των ὁ editores; illa potius secundum*  
*Dobriss. Uffarium (b) hic plene exscribere lubet: „Επι-*

Διο-

(z) In *Apolog.* advers. Rufinum Oper. Tom. II. p. 522.(a) Nicetas ille est *Metropolita Heracliensis*, cuius existat  
Catena vel Commentar. Patrum in *Psalm.* cum prooemio in MS.  
cf. *Fabricii Bibl. Gr.* Tom. VII. p. 737.(b) *Syntagma de LXX.* p. 71. ed. Lond.

Διοκλητίαν ταὶ Μαξίμιαν τῶν τυραννῶν ἵερομάρτυρος Δεκιανός, αντρ, εχήτερον ταὶ Ιεδαιῶν αρριβωσαμένος, οὐταὶ ίμων, ταὶ εκείνων βιβλίος εἰς την ίμετεραν διαλεξίν μετατιθησον αριστα ταὶ ασφαλεσταταὶ ίμεις δε, καὶ την τοιαυτην ειδοσιν σεβαζομένοι, τη των ὄβ προκειμένα μαλισα; οὐδε γηγενεώς την της διαλεξίως μεταβολην ποιησαμένοι, μιαν εν ἔκαστοις εννοιαν καὶ λεξίν αποδεδωκαστην.” Quin igitur Nicetas Lucianeam pro nova omnino Bibliorum versione habuerit, nulli dubium esse potest; Quain vero, licet alii praeter Hieronymum (*c*) testes (*d*) pro peculiari των ὄ editione declaraverint, eandem tamen a *Luciano* secundum textum Hebr. correctam et omnino immutatam fuisse, etiam illi testantur; Ita ut Jure forsan aliquo a *Niceta Romanisque των ὄ editoribus* pro nova quasi versione haberri potuerit. Sed a diverticulo ad viam. Inter illa, quae ad LXX. interpretum textum emendandum, et antiquam editionem κοντην, secundum illam, quam *primo* loco posuimus, significationem, restituendam pertinent subsidia, primum locum suo quodam jure sibi vindicant Patrum, qui *ante Origenem* vixerunt, scripta; Illorum praeципue, quos accuratioribus των ὄ exemplaribus usos fuisse testatur *Anastasius*

(c) In verbis, paulo supra allatis.

(d) vid. A&T. SS. Tom. I. p. 358. *Svidas* voc. Δεκιανός, *Cave Histor. litter. scriptor. eccles.* p. 98. ed. Genev.

*Anastasius Sinaita*, dum provocat ad αντιβη καὶ ανοθευ-  
τα καὶ αρχαια των αντιγραφων, τα απο Κλημεν-  
τος καὶ Ειρεναις καὶ Φιλωνος τα Φιλοσοφα καὶ τα  
Ἐξαπλα συσταμενα σικχεντα (e). Hos inter,  
cum antiquissimus sit Philo; illius quoque scriptis in  
Exercitationibus nostris fundamenti loco usi sumus.  
Verum enim vero, nisi evictum prius fuerit, Philo-  
nem loca Biblica non ex ipsis Hebraicis fontibus, sed  
e Graeca versione των ὁ allegasse; scripta ejus ad tex-  
tum LXX. interpretum, sive confirmandum, sive e-  
mendandum, adhiberi prorsus nequeunt. Hoc vero  
ipsum est, quod in sequentibus probare conabimur.

## §. V.

---

(e) Graeca haec e MS. adhuc inedito (nam solus XII. li-  
ber *anagogicarum contemplationum Anastasi Sinaitae Graece*  
editus est cura Alixii Lond. 1682. Reliqui vero in MS. affer-  
vantur in Bibliothecis *Colbertina*, *Episcopi Norwicensis*, et *Col-*  
*legii Oxon.* vid. Montfauc. not. ad Hexapl. Gen. II, 21.) alle-  
gata legi in *Grabii proleg. ad Oetateuch*, falso vero *Cel. Gra-*  
*biius librum IX. pro VII. continuato citavit*; nisi forte alia sit  
librorum divisio in MS. Graec. quam in versionibus latinis, qua-  
rum altera seorsim edita est *Lut. Paris: 1609*, altera vero cum re-  
liquis hujus *Anastasi scriptis in Biblioth. M. P.*, *Lugduni apud*  
*Anisonios edita*, invenitur; Ubi in Tom. VII. p. 892. verba  
*Anastasi*, Graece supra allata, latine ita se habent: *Quomodo*  
*in sinceris et non adulteratis antiquis exemplaribus diligenteri-  
me scrutati invenimus, iis, inquam, quae notata fuerant a Cle-  
mente &c.*

## §. V.

*Num Philo linguae Hebraicae peritus fuerit,  
quaeritur.*

Alia est quaestio, num *Philo* Hebraicae linguae notitiam habuerit? alia, num loca Biblica, quae in scriptis eius allegata inveniuntur, e Graeca versione Alexandrina desumserit? Quarum equidem, si primam negaveris; necessario affirmari debet altera. Non vero vice versa. *Cel. Josephus Scaligerus* (*f*) *Philonem* nullam linguae et consuetudinis Hebr. notitiam habuisse, imo ne quidem Hebraice legere potuisse (*g*) afferuit. Dissentunt *Dositius Hodius* (*h*) et *Cel. Loesnerus* (*i*), *Philoni* profundiorrem linguae Hebraicae notitiam concedentes. Medium inter dissentientes tenet *Illust. J. D. Michaelis* (*k*). Qui *Philonem* linguam Hebraicam apprime calluisse contendunt, ex ipsis *Philonis* scriptis, quorum praecipua est in hac lita dirimenda auctoritas, ad sententiam suam probandam haec protulerunt argumenta:

## I.

(*f*) In animadvers. ad Eusebii Cronicon p. 7. et in Epistolar. lib. I. ep. 13.

(*g*) De Sect. Judaicis, cap. 18. init.

(*h*) In libro, cui titulus: *De Bibliorum textibus originalibus et versionibus Gr. L. III. C. I.* p. 228. sq.

(*i*) In lectionum Philonianarum specim. §. XII. p. 116. sq.

(*k*) In comment. de cronologia Mosis post Diluvium p. 164. ed. Brem. 1769.

I. *Philo in dictis Biblicis citandis nonnunquam a versione Graeca recedit et cum Hebraico convenit.* Dostiss. Hodius (*l*) locum illum, quem ex libro *Judicum* (*m*) attulit *Philo* (*n*), non e versione των ὁ allegatum, sed ex ipso Hebraico textu translatum fuisse, putat: *Philo* enim, ubi LXX. ειπεῑ habent, ωμοσε scripsit; Unde concludit *Vir Cel.* illum non τας ὁ, sed textum Hebr. secutum fuisse. At enim vero, textus Hebraicus, saltem hodiernus, quem tamen mutare noluit *Hodius*, contra *Philonem* cum LXX. conveniens, ייְאַמֵּר habet. Et sic omnino cadit fundamentum conclusionis *Hodii*. Nec majoris momenti videtur alterum illud argumentum, quo *totum librum Judicum* tempore Philonis Graece nondum translatum; adeoque illum hoc loco textum Hebr. interpretatum fuisse probare conatur: *Philo* nempe huic libro non κριτων five κριται, ut versio LXX. interpretum; sed κριματων titulum dedit. At vero, ex inscriptione libri, incerta plerumque et arbitraria, nil certi colligi potest. Praeterea inscriptio των LXX. tum argumento libri, qui potius των κριτων Israelis, quam των κριματων historiam tradit, tum ipso titulo Hebraico שׂופטים, qui secundum *Philonem* vel שׂופטים משפטים fuisse debuisset, optime convenit. Plura ve-

(*l*) lib. II. C. IX. p. 195.

(*m*) Cap. VIII., 9.

(*n*) lib. de confusione linguarum. p. 339. ed. Francof.

ro ejusmodi loca attulit *Cel. Loesnerus* (o), e quibus *Philonem* ipsa Hebraica Biblia interpretatum fuisse judicat; Quae vero, si penitus examinata fuerint, ita comparata videntur, ut rem extra omne dubium minime ponant: Inter omnia enim loca ne quidem invenitur unus, in quo *Philo* ipsa verba textus sacri allegare voluerit. Sunt omnia e memoria allegata, aliisque verbis circumscripta, e quibus adeo in hac causa nil omnino colligi debet: Quam facile enim fieri potuit, ut *Philo*, dum, in circumscribendo dictum quoddam versionis Alexandrinae, fortiorem expressio nem vocis alicujus meditaretur, et si textum Hebraicum non inspexisset, verbum tamen inveniret, Hebraico melius respondens, quam illud, quod in versione Alexandrina positum esset? Si quis igitur in ejusmodi locis *Philonem* Hebraicum textum interpretatum fuisse statuit, saepissime fallatur, necesse est. Atque certe, si graviores adsint rationes, cur linguae Hebraicae peritiam *Philoni* abjudicemus; ad illam ei vindicandam haec loca nihil faciunt. Praeterea autem contra illum locum, qui inter omnia, a *Cel. Loesnero* allata, maximum pondus habet (p), hoc jure moneri posse videtur, quod *Philo*, dum (q) το ναρδόμοιωσιν τῷ κατ' εἰκόνα, ad summam simili-

(o) In Spec. cit. §. XIII. XIV. p. 19. 20.

(p) Gen. I, 26. in specim. cit. p. 19. §. XIII. init.

(q) libr. de Opificio Mundi p. 15. ed. Francof.

similitudinem indicandam, adjectum fuisse dicit, nullamque textus Hebraici mentionem facit, Graecum potius, quam Hebraicum textum, legisse videatur (r). Denique vero, si vel concedatur, in *Philonem* dicta quaedam Biblica, cum textu Hebraico congrua, a textu vero των ὁ diversa, inveniri (s); non tamen inde sequitur, *Philonem* textum Hebraicum legisse et interpretari potuisse: Fieri enim potuit, ut illud versionis LXX. interpr. exemplar, quo olim utebatur *Philo*, in locis quibusdam cum Hebraicis convenerit, ubi nostra exemplaria των ὁ ab iisdem recedant.

II. *Nomina propria Hebraica in Graecum sermonem haud raro transferre solet Philo.* Alterum hoc argumentum, quo uti solent illi, qui linguae Hebraicae peritiam *Philoni* asserere cupiunt, plus quidem ponderis habet; sed tamen ante omnia cendum est, ne vocum significationes *symbolicas*, quas, ob nimium allegoriarum amorem, absurdissimas saepe dedit *Philo*, huc referamus. Sunt omnino in scriptis *Philonis* loca, ubi nominum Hebraicorum veras

et

(r) Aut enim in conjunctione utriusque vocabuli, aut in unico illo καὶ ἐμοισσῶν, quod pro Hebr. כָּל מִזְחָת exstat, emphasis querit *Philo*: Utrum assumeris; eodem jure e Graeco, quo ex Hebraico, textu hanc emphasis eruere potuit noster, emphasis ad nauicam usque studiosus.

(s) Et certe paucissima ejusmodi loca in Exerc. nostris observavimus.

et proprias significations indicaverit; Quas, licet partim in Graecis Bibliis των ὁ legerit (*t*), partim ab aliis audire potuerit, quemadmodum alio loco (*v*) νυ-  
ειον apud Syros Μαρην (*x*) nominari indicat; hoc tamen de omnibus nominibus Hebraicis, quae Graece vertit, dicere haud ausim; Praecipue, cum illo loco se vocis significationem Syriacam ignorasse et ab aliis audivisse ipse fateatur: ἐτως δε, inquit, φασιν τον κυριον ονομαζεθαι παρα συροις; Ubi vero Hebraica nomina Graece vertit, dicere solet: τυτο δε ἐρ-  
μενεται; Et nomen Beſeelis interpretaturus his verbis utitur (*y*): εαν την ἐρμενεαν τη ονοματος ακριβωσωμεν. Exinde igitur concludo, *Phi-  
lonem* Hebraicorum nominum significations exami-  
nare potuisse; nec ei omnem prorsus linguae Hebraeae notitiam esse abjudicandam; Quam tamen, tenuem admodum, certe ad regulas grammaticas haud exac-  
tiam fuisse, evincere videntur falsissimae illae, quas crebro affert, nominum proprietarum etymologiae.

## §. VI.

(*t*) vid. Phil. p. 51. δ πτερνητης Ιακωβ. coll. LXX. Gen. XXV, 26. XXVII, 36.

(*v*) Lib. in Flaccum p. 970.

(*x*) Μαρην. Syr. مارون. Hic novum exemplum habemus diversae, qua in vocali Zekopho pronuncianda usi sunt Syri. rationis; De qua cf. Asselman. Bibl. Orient. Tom. III. P. II. p. 379.

(*y*) Libr. II. Legis Allegoriarum. p. 78.

## §. VI.

*Philonem dicta sua Biblica e Graeca Versione των  
οι allegasse demonstratur.*

Quicquid vero ea de re statuas; hoc saltem nullo modo in dubium vocari posse videtur, quod in Bibliis citandis et interpretandis Versionem LXX. interpretum fecutus fuerit, et textum Hebraicum, si unquam, rarissime saltem, inspexerit *Philo*: Plurima enim apud illum occurrunt loca, ubi ipsissima verba versionis των οι, licet ab Hebraicis discrepantia, attulit (z). Praeterea, ubi emphases venatur, has non ex Hebraicis, sed Graecis Versionis Alexandrinae verbis, eruere conatur; Et quidem saepissime ita, ut verba illa, quibus emphaticam quandam significationem tribuit, in sola versione των οι existent, in Hebraico profus desiderentur (a). Accedit, quod,

ubi

(z) Cum plurima hujus rei exempla in Exerc. nostris inventiantur, hic duo proferre sufficiat: nempe Gen. I, 26. coll. *Phil.*, Lib. de Opificio Mundi p. 15. Gen. II, 4. 5. coll. *Phil.* I. c. p. 29.

(a) E multis pauca afferamus: *Philo* Lib. I, Legis Allegor. p. 56. ad Gen. II, 15. verba δι εποιησεν, quae in versione των οι, non vero in Hebraicis, inveniuntur, praecipue notari jubet. Lib. II, Legis Allegor. p. 73. 74. ad Gen. XXXVIII, 7. attentione dignum esse pronunciat, quod Ηρ, primogenitus filius Iudee, ποιησες εναυτοις Κυριοι declaratus fuerit; non vero Κυριοι, sed οι Θεοι illum occidisse dicatur. Atque certe δι οι hunc locum ita exhibent: Εγενετο δι Ηρ . . . . ποιησες εναυτοις

ubi Mosen rebus creatis aptissima nomina tribuisse laudat, Hebraica nunquam, sed Graeca illa, quae in versione LXX. interpretum exstant, nomina afferat, eaque ex origine Graeca deducat (b).

## §. VII.

*Cautē tamen scriptis Philonis ad textum των  
emendandum uti debemus.*

Etiamsi igitur jure meritoque scripta *Philonis* ad textum versionis των ὁ et confirmandum et emendandum adhiberi possint; cautione tamen aliqua hac in re opus esse videtur: Saepe enim loca scripturae

εγκυτιον Κυριος, και απεκτείνεν αυτον δ Θεος. In Hebraicis autem differentia inter κυριον et θεον nullum habet fundatum: utroque enim loco exstat eadem vox יְהוָה, quam LXX. uno loco κυριος, altero vero δ Θεος verterunt. Lib. cit. p. 87. inter την κοιλιαν et τη εγκυδολην distinguit; Et certe in versione των δ differentia haec observatur: Nam Lev. I, 9. 13. LXX. habent τη εγκυδολην. Cap. vero VIII, 21. et IX, 14. την κοιλιαν. In textu autem Hebraico omnibus his locis vox singularis קֶרֶב exstat.

(b) Sic lib. de Mund. Opif. p. 7. mundum αιθυγον apte et convenienter σερεμην vocatum fuisse dicit: το γαρ, inquit, τωρα φυσι τερεσον. Idem porro σερεμην proprie et accurate a Mose υρανον nominatum fuisse ait, aut, quia πάνταν δρος sit, aut, quia πάντον των δρατων creatum sit. Lib. I. legis Allegor. p. 52. primum Paradisi fluvium, φυσον vel φειεσον, nomen suum a φειδεσαι και φυλαττειν accepisse, terram vero Ευδατην a vocibus Graecis ευδευς et ιλεως nominatam fuisse fabulatur.

turae sacrae, e memoria tantum allegata, aliis et pluribus verbis circumscriptis noster; Quae, si allegoricas explicationes excipias, in sensu quidem Bibliorum intelligendo et illustrando magnam utilitatem praestare queant, ad textum vero των ó emendandum minime applicari debent. Quin etiam, ipsis in locis, ubi Philo textum versionis Graecae accurate exprimere voluisse videtur, a textu illius *hodierno* ad textum Alexandrinae versionis non semper tuto concludere licet: Eadem enim, quae Hieronymus (*c*) de corruptione et ambiguitate textus Philonis queritur, nostris adhuc temporibus, etiam post operam a Cel. Magno Philoni navatam, queri saepe cogimur: Tantum enim abeft, ut illa loca, ubi vel antiquissima Philonis MSS. e Graecorum Bibliorum textu forsan interpolata fuerint, investigaverit et emendaverit Cel. Magneus, ut ipse potius interdum, sola auctoritate versionis των LXX., Philonis textum emendaverit (*d*). Sed multa omnino sunt dicta, quae quomodo in vetustissimo suo των ó exemplari legerit Philo, ex ipsius contextu aperte patet (*e*); quaeque ideo in vero textu versio-

(c) Lib. de Nom. Hebr. Oper. Tom. III. p. 1.

(d) Quando enim textus sacri et MSSorum auctoritatem effert, nullum vero MS. peculiare indicat, pro nulla omnino auctoritate habendum est, nisi forsan, quoties MSS. simpliciter citat, omnes Codices MSS. Philonis, a se collatos, intellegantur.

(e) E multis, quae in Exerc. nostris occurruunt exemplis, unum

versionis των ó investigando maximi sunt momenti. Sunt denique longe plures maximaque utilitates e scriptis Philonis capienda; in Pythagorica et Platonica philosophia discenda; in quibusdam animalium nominibus Aegyptiacis, in versione Bibliorum Alexandrina obviis, explicandis (*f*); in vero Judaeorum antiquorum Canone Biblico constituendo, causisque differentiae, quam inter Bibliorum Libros statuant Judaei, inveniendis (*g*); denique vero et praecipue in Scriptis Novi Testamenti illustrandis (*h*) maximam utilitatem praestabunt Scripta Philonis. Nobis vero, his missis, sufficiat, si modo aliquid ad textum των ó emendandum, criticamque Veteris Testamenti ex Philone illustrandam, contulisse videamur Eruditis.

## §. VIII.

---

unum elegantissimum hic proferamus, Gen. II, I. Phil. Lib. I. legis Allegor. p. 40. vid. exercit. nostr. p.

(*f*) Sic Lib. de Opif. M. p. 37. ἀφιομαχην, animal Lev. XI, 22. obvium, et Lib. I. de vita Mosis p. 618. οὐνιπες, pag. 622. κυνεμνιν, nomina animalium Exod. VIII, 7. occurrentia, fuisus descriptis.

(*g*) v. c. cur totum fere Pentateuch. exscriperit Philo, reliquos vero Biblicos Libros rarissime allegaverit?

(*h*) cf. Vener. D. Carpzovii Exerc. in Epistol. Pauli ad Hebr. ex Philone, et Illustr. Michaelis Einleitung in die göttliche Schrift. des N. T. §. 6. edit. 1766.

## §. VIII.

*De dispositione Exercitationum nostrarum.*

Restat, ut, antequam rem ipsam aggrediamur, reliqua praeter *Philonem* subsidia, quorum ope verum versionis LXX. interpretum textum invenire contari sumus, hic breuiter enarreremus: In ipso *Versionis LXX. interpretum* textu recensendo fundamenti loco usi sumus editione *Romana* (*i*), eamque cum reliquis originalibus των ὁ editionibus, *Complutensi* (*k*), *Al-dina* (*l*) et *Grabii* sive *Breitingeri* (*m*) in omnibus locis

(*i*) Quae jussu Papae Sixti V. Romae Ao. 1587. secundum antiquissimum Cod. MS. *Vaticanicum* expressa est. Historiam hujus των ὁ editionis una cum descriptione Codicis Vaticani in *Morini* epistola ad *Sixtum V.* de LXX. invenies.

(*k*) Illa nempe, quae in ipsis *Polyglottis Bibliis Compl. Cardinalis Franisci Ximenii* exstat; quae vero praeterea in *Biblio Plantinianis*, Antwerpiae Ao. 1596-72. impremis, vulgo *Regius* dictis; in *Commelinianis*, cum *comentario Fr. Vatabli* Heidelbergae Ao. 1599 editis; et denique etiam in *Biblio Polygl. Parisiensibus* columnam versionis LXX. interpretationum occupat.

(*l*) Quae Venetiis Ao. 1618. e praeflo *Manutii Aldi*, opera *Andreae Afulani*, socii Aldi, in lucem prodiit. Utrunque hanc editionem των ὁ, licet ex optimis vetustissimisque Codd. MSS. defumtam fuisse testati sint editores in praefationibus, nullum tamen Cod. MS. descriperunt, imo ne quidem nominarunt.

(*m*) De his, licet in omnium manibus sit *Breitingeri* των ὁ editio, *Grabianam* ad litteram fere exprimens, sequentia mone-

cis allatis studiose contulimus. Ubi igitur in Exercitationibus nostris auctoritas των LXX. pro lectione aliqua assertur, de illa vel illis ex quatuor hisce editionibus intelligendum est, de quibus, quod aliter legant, non expresse fuerit indicatum. *Philoueni* ipsum quod attinet, *Francofurt.* et *Mangeana* Operum ejus editionibus usi sumus. Cum autem Mangeana editio rarer

fit,

re licet: Si ipsum Codicis MS. *Alexandrini* textum, integrum in utraque hac editione expressum, cognoscere velis; omnia primo signa *Origeniana*, aliaque ab ipso *Grabio* inuenta, ut et omnes voces, minoribus litteris excusas, detrahás, vocesque praeterea, in margine positas, ad ipsum referas textum, necesse est. Voces Codicis *Alexandrini*, quas ~~XX~~ signavit atque duobus lineolis "clausit *Grabinus*, ex Hexaplio *Origenis* interpolatas deprehendit; Quia igitur ratione innumeratas Codicis *Alexandrini* ex Hexaplio *Origenis* interpolationes confidimus. Voces autem, quas uncis [ ] inclusit, post tempora demum *Origenis*, in textum των δι insertas putavit, licet falso saepissime, *Cel. Grabinus*. Omnes voces, minoribus litteris excusae, emendationes *Grabii* sunt, vel aliis auctoritatibus, quas tamen rarissime attulit *Vir Cel.*, nixae, vel ex ingenio ortae. Denique, ubi hoc signum ~~X~~ inferuit *Grabinus*, aut (si sequentia solitis litteris excusa sunt) verba, quae inter signum illud et lineolas finales" inveniuntur, post tempora demum *Adamantii* in textum των δι illata esse, sine ullius tamen Codicis Hexaplaris auctoritate, conjicit; aut (si sequentia minoribus litteris sunt expressa) vocem aliquam, male plerumque ex Hexaplii interpolatione ortam, in Codice vero *Alexandrinus* recte omissam, textui editionis suae infernit. Haec ideo hic monimus, vt in ipsis exercitationibus brevioribus nobis esse licet; ubi dicta exemplis confirmare sufficiet, quae ex dictis ab unoquoque statim intelligi possunt.

fit, simulque paginas editionis Francof. in margine exhibeat; omnia loca *Philonis* quae non in sola Mangeana inveniuntur, secundum Francof. editionem citauimus. Omnia Bibliorum dicta, in quatuor prioribus *Philonis Mangei* libris obvia, cum reliquis etiam locis, ubi a *Philon* citantur contulimus; et ita quidem, ut ea tantum loca, ubi *Philo* a LXX. dissert, in Exercitationibus nostris notaverimus, reliquis, quae omnia in indice Biblico, editioni Mangeanae annexo, inueniuntur; ubi vero *Philo* cum LXX. conuenit, omis. *Textus Hebraici* recensionem institui ad normam *Bibliorum Halensium*, cura *Cel. Joh. Heinr. Michaelis* Anno 1720. editorum: quippe quae editio, donec illud immensae molis et magnopere desideratum opus *Illust. Kennicoti* in lucem provenerit, unica sit, in qua variantes lectiones, ex Codicibus MSS., integris collatis, exceptae, inveniuntur. Cur *Clementis Alexandrini* et *Irenaei* opera perlustrauerim, satis indicat dictum *Anastasi Sinaiae*, supra allatum. Illius *Potteriana* et hujus *Massuet.* editiones mihi ad manus fuerunt. In fragmentis *Hexaplorum Origenis* conferendis ipsa *Cel. Montfauconii* editione usi sumus. *Antiquas* etiam *versiones Bibliorum Latinas*, a *Cel. Dom. Sabatier* collectas, omni studio perlustravimus: licet enim *Itala* illa, omnium versionum Latinarum antiquissima et optima (n), hodie ab aliis vix distingui posse.

(n) vid. *Augustin.* de Doctrina Christiana, lib. II. cap. II.

posse videatur (*o*), omnes tamen Latinas versiones antiquas secundum Graecam versionem των ὁ translatas fuisse, certum est (*p*); adeoque illis saltem in locis, ubi cum *Philone*, aliisque antiquis scriptoribus conveniunt, in vera lectione textus των ὁ determinanda ullius momenti esse videntur. Sub nomine vero, *versif. Latt. Sabat.* non illam tantum, versionem latinam comprehendimus, quam, in textu constitutam, *Vulgatam antiquam* nominaverit, sed varias etiam, e scriptis Patrum desumptas versiones, quas in notis exscriptis *cel. Sabatierus*. Quamvis non nisi de insignioribus illis lectionibus variantibus, quae sensum bibliorum quodammodo adficiunt, sententiam nostram indicaturi simus, reliquas breviter tantum recensituri, omnes tamen inter textus nominatos, *Philonem* praecipue, et LXX diversitates, quae alicujus momenti viderentur, in exercitationibus nostris invenientur. Poterint igitur, id quod hic unice spectamus, aliquid saltem adjumenti ad novam, eamque accuratiorem, των ὁ editionem elaborandam afferre. Denique vero nobis licet, exercitationum nostrarum vitium paucis indicare, quod, licet omnino quidem probari vix posse videatur, certe tamen aliquid excusationis habet: Vellem omnino, me in dictis biblicis conferendis

(*o*) cf. *Illustr. Michaelis* libr. cit. §. 46.

(*p*) Teste *Augustino* l. c. lib. XVIII. cap. XV.

ferendis non ordinem librorum *Philonis*, sed multo aptiorem biblicam seriem continuam, secutum fuisse; ita ut v. c. in priori hoc specimine Exercitationum, dicta *Genesios* omnia, quae *Philo* allegavit, absolvisset. Attamen ex illo etiam, qui jam in specimine obtinet, dictorum biblicorum ordine, ea saltem utilitas redundare videtur, ut, quaenam sit inter *Philonem* et versionem LXX interpretum relatio, non in primo solum, sed in reliquis etiam Mosis Libris exinde conspiciatur. Nobis vero, cum spes sit, fore ut reliquos omnes Philonis libros in uno adhuc specimine absolvere possumus, in illo certe biblicus ordo continuus observandus erit.





EXERCITATIO PRIOR  
IN  
VERRSIONEM  
LXX. INTERPRETVM  
EX  
PHILONE.

C 4

EXERCITATIO TRIO  
VERBIS  
MUTATIONE  
PHONO



## Genesis.

CAP. I, v. 2. **P**hilo Lib. de Opificio Mundi p. 6. n.ae σχοτος νν επαγω. νν Philonis in LXX, praeter editionem Aldinam, de cuius lectione infra agemus, omissum est; in Oxoniensi vero Cod. MS. των ó, a Cel. Sabatier. (q) collato, quem cum Philone saepissime convenire testatur Rev. Owenus (r), invenitur. Erant, quod in omnibus verff. latt. antiqu., a Sabatier in not. ad h. l. allatis, exstat, ex indole potius linguae Latinæ, quam ex Gr. νν ortum fuisse videtur; quod igitur, utrum ab ipsis interpretibus Alexandrinis positum, et sequiori tempore ad normam textus Hebraici omissum; an vero in ipsis authenticis των ó exemplari bus omissum, posteaque in MSS. quibusdam illustrationis,

(q) cf. Cel. Sabat. Verff. Bibliorum latt. antiqu. ad h. l.

(r) In libro, cui tit. An Enquiry into the present state of the Septuagint. Version, p. 90. not. h.

tionis gratia additum fuerit (*s*), dijudicare est difficillimum. *Aldinae* vero των ὁ editionis lectio: καὶ σκοτος επεκειτο επαγω certissime vitiosa, et vel e versione *Symmachii*: καὶ σκοτος επεκειτο επι προσωπον, vel ratione sequenti orta videtur: *Hieronymus*, in *Quaestibn Hebr. in Genesin*, ad h. l. sequentia habet (*t*): "Pro eo, quod in nostris codicibus scriptum est, FEREBATVR, (in LXX καὶ πνευμα Θεος επεφερετο), in *Hebraeo* habet, MEREFETH, quod nos appellare possumus, INCUBABAT, sive, CONFOVEBAT, in similitudinem volucris, ova calore animantis". Jam vero, anne facile fieri potuit, ut, auctoritatem Hieronymi secutus, lector lectionem των ὁ, επεφερετο, in επεκειτο, quod τω incubabat, sive confovebat, Hieronymi melius responderet, immutaverit? emendatione, ut fieri solebat, in margine sui Codicis adscripta, quae postea ab inscio vel minus accurato descriptore, in locum alienum inter σκοτος et επαγω, forsan inserta fuit.

vers. 5. *Philo* p. 3. in voce, μία, quae etiam in LXX. exstat, emphasis quaerit. — P. 7. pro πρωι των LXX. ter πρωια habet. — *Lib. Quis rer. Div. haeres* p. 503. επαλεσε inter, σκοτος et, νυκτα omisit.

9.

(*s*) De hoc generē interpolationum MSS. των ὁ egit Rev. Owenus l. c. p. 93.

(*t*) Oper. Tom. III, p. 306.

vers. 9. Philo p. 7. επισυναχθηναι. LXX ουραχθητω. Infinitivus vero ex circumscriptione Philonis oritur.

vers. 10. Philo p. 8. Θαλασσαν, ut et *versio lat. in textu Sabat.*, mare. LXX. Θαλασσας.

vers. 24. Pag. 13. Verbis Philonis licet ipsa circumscriptionis nota manifeste inhaereat, unam tamen ejus lectionem dignam existimo: ubi nempe LXX. τετραποδα habent, in suo των ὁ exemplari κτηνη legisse videtur; quod, cum ipsi LXX. interpr. alias semper in hoc contextu (v), plurimisque aliis locis (x), Hebr. בְּהַמָּה, etiam hoc loco obvium, κτηνη vertere soleant, hoc certe respectu attentionem meretur. Post verba των LXX., και Θηρια της γης editio Compl. sic legit: και τα κτηνη, και πάντα τα ἔρπετα της γης κατα γενος αυτων. atque MS. Oxon. των ὁ, quod contulit Sabat. και τα κτηνη κατα γενος, και πάντα τα τετραποδα της γης et denique etiam *versio Lat. textual. Sabat.* inter κατα γενος et και ειδην ὁ Θεος των LXX supplet, et pecora secundum genus. Cum vero LXX. in his cum *textu Hebraico* accurate convenient, lectio illorum hoc loco retinenda videtur; praecipue, cum additamenta *versionis*

(v) v. 25, 26. Gen. II, 20. III, 14. VI, 7. 20.

(x) e. gr. Exod. XX, 10. Lev. XXXV, 7. Pf. XXXVI, 7. cet. vid. in *Trommii Concordantia Tom. II. p. 931. 932.*

sionis Lat., editionis Compl. et MS. Oxoniensis των ó, aut ex sequenti versu, aut ex repetitione vocum similium, aut denique ex nota quadam marginali, ad vocem, τετραποδα, in LXX. emendandam, ejusque loco κτηνη substituendum, adscripta, vitiōse oriri potuerint; quod ultimum eo verisimilius videtur, quo major sit inter additamenta allata convenientia, quae omnia vocem, κτηνη, vel *pecora* exhibent, omniaque eandem certe originem habuisse videntur. Cum itaque haec conjecturis modo nitantur; cum ipse Philo Lib. II. Allegor. p. 1089. in eodem hoc dicto non κτηνη sed τετραποδα habeat; cum denique etiam LXX. aliis quibusdam locis (y) Hebr. תְּמִימָה בְτετְּרָאַפְּוֹדָה verteint, textum illorum hoc loco mutare haud ausim.

vers. 26. Philo p. 15. initium hujus versus cum LXX. convenientissimum attulit; qui tamen a *textu Hebr. magis* recedunt, quam *Aquila*, utraque suffixa Hebr. exprimens, et differentiam inter particulas Κ et Κ observans. Clemens vero Alexandr. (z) et Irenaeus (a), quibuscum etiam *omnes Sabat. versf. Latin.* convenient, ἡμετέραν των LXX. penitus omittunt, et post ὄμοιωσιν legunt ἡμῶν, quod in LXX. non exstat. — Philo Lib. de Confusione linguarum p. 334. κυριος ó Θεος habet.

vers. 27.

(y) Quae vid. in Trommii Concord. Tom. I. p. 535.

(z) p. 62. ed. Potter.

(a) p. 220. 293. et 312. ed. Maffuet.

vers. 27. Philo p. 16. ad finem hujus versus alludit, dum εποιησεν illud, quod ὁ οὐ pro. Hebr. בָּרָא posuerunt, per ἀνθρώπουν circumscribit. — Lib. III. Allegor. p. 97., ubi Cel. Mangeus falso vers. 26. citavit, initium hujus dicti ita exhibet: καὶ εποιησεν ὁ Θεὸς τοὺς ανθρώπους κατ' εικονα Θεός, LXX vero ita: καὶ εποιησεν ὁ Θεὸς τοὺς ανθρώπους, κατ' εικονα Θεός εποιησεν αὐτούς, qui tamen a *textu Hebraico* in eo differunt, quod vocem, Θεός, aut vitio librariorum, aut circumscriptione Auctoris, pro voce, αὐτούς, positum dicere velis, cum *textu Hebr.* יְהִי־בָּרָא אֱלֹהִים אֶת־הָאָרֶץ בְּצַלְמָוֹה. non legisse videantur. Si in *textu Philonis* vocem, Θεός, aut *textu Hebraico* in eo differunt, quod vocem, בְּצַלְמָוֹה. non legisse videantur. Si in *textu Philonis* partem hujus versus e LXX afferens; et tum in LXX pro Hebr. בְּצַלְמָוֹה. supplenda forent verba, κατ' εικονα αὐτούς, ita ut *textus των ὁ* in *teger* esset: καὶ εποιησεν ὁ Θεὸς τοὺς ανθρώπους κατ' εικονα αὐτούς. κατ' εικονα Θεός εποιησεν αὐτούς. . . . Sed fieri etiam potuit, ut *Philo* *textum των ὁ*, cum hodierno omnino convenientem, legerit: forsitan enim, cum prima verba, καὶ εποιησεν ὁ Θεὸς τοὺς ανθρώπους κατ' εικονα Θεός . . . sine ullo distinctionis signo, ut in MSS. exstant, scripta legisset, haec sola commodum sensum praebere videns, ad proxime sequentia, εποιησεν αὐτούς, non attenderit, adeoque nullum, ut hodiernae habent των ὁ editiones, signum distinctionis inter ανθρώπους et κατ' εικονα posuerit. Atque ita

ita rem nobis concipere eo potius lubet, cum ipse Philo non *κατ' εινον αυτον*, ut foret secundum Hebr. *νωλαντ*, sed *κατ' εινον θεον*, ut exstat in LXX, legerit; praecipue vero, cum Lib. *Quis rer. Div. haeres* p. 503., ubi iterum *Mangeus* falso vers. 26. citavit, integrum hoc dictum cum LXX convenientissimum attulerit.

Cap. II, v. i. *Lib. I. legis Allegoriarum* pag. 40. Certe librariorum vitio corruptus est textus Philonis, in omnibus, ante Maneanam, editionibus sic positus: *και επελεθησαν οι υρανοι, και πασαι σπασαι αυτων.* Ex ipsis enim Philonis contextu, quem infra exponemus, illum textum *των οι*, eundem, qui in hodiernis *των οι* editionibus invenitur, legisse, certo patebit. Primo igitur differentia inter *επελεθησαν οι υρανοι* Philonis, et *συνεπελεθησαν οι υρανος* *των* LXX minima videtur: praecipue, cum Philo *Lib. Quis rer. Div. haeres* p. 497. cum LXX conveniat. Verba, *και ή γη*, in textum Philonis inseruit *Cel. Mangeus*, et quidem, ut dicit in not., fide MSS. et textus sacri, nullo MS. peculiari allato. Ipse contextus Philonis illum etiam *ή γη* in LXX legisse manifeste ostendit, nam: *Cum Moses, inquit, (b), generationem τε ως και της αιδησεως in antecessum descriperit, in hoc dicto αμφοτερων τελειοσιν διασυνιστην.* Philoni vero allegori-  
zanti

(b) Initio *Lib. I. Allegor.* p. cit.

zanti ὁ νεγκ continuo coelum est et ἡ αἰθητικ terra. Porro e contextu quoque constat, Philonem non σρατιαι sed ὁ κοσμος pro Hebr. נבָק. in hoc dicto legisse: paulo enim infra de κοσμων και αιθητως, et alio loco (c) de δημιουργῳ sive opifice mundi sic loquitur διεπομει τον ερανον κοσμω, φωσφοροις ασροις ubi manifesta est allusio ad hoc dictum versionis των ὁ. Praeterea etiam Cel. Mangeus, in MS. Philonis Medeo των LXX. πας ὁ κοσμος αυτων se invenisse, testatur. Accedit denique, quod ipsi LXX, duobus reliquis Pentateuchi locis (d), ubi locutio Hebr. נבָק מיזשה cum sole, luna et stellis constructa, occurrit, illam non σρατιαι sed κοσμος ερανος verterint; ita ut vera omnino videatur hodierna LXX. interpretum lectio. Haud tamen inficias ire volumus, alteram Philonis lectionem, σρατιαι, etiam hoc loco in MS. quodam των LXX. exstitisse, cum haec lectionum varietas ex ambiguitate vocis Hebr. נבָק facile oriri potuerit: ipsa enim Alexandrina versio phrasin Hebr. מיזמו רצב נבָק aliis locis σρατιαι τε ερανος vertit, et quidem non solum iis in locis, ubi de angelis usurpatum (e), sed etiam ubi cum sole, luna et stellis conjungitur (f).

verf. 2. Philo

(c) Lib. de Opificio Mundi p. 11.

(d) nempe: Deut. IV, 19. XVII, 3.

(e) vid. LXX. III Reg. XXII, 19,

(f) Jerem. VIII, 2. XXXIII, 22. ceter. vid. in Trommii concord. Tom. I. p. 463.

vers. 2. *Philo* p. 41. *Irenaeus* p. 327. et vers. *Latt.*  
*antiq.* — *Sab.* cum LXX τη ἡμέρᾳ τη εκτῇ habent; ita ut  
 lectio haec versionis Alexandrinae justa omnino et  
 indubia videatur. *Originem* vero illius lectionis,  
 forsan minus verae, quae in hodierno textu Hebraico  
 exstat, et Hieronymi (g) quoque tempore existit,  
 pluribus illustravit *Cel. Kennicott.* (h). — *Philo*, *textui*  
*Hebraico* convenienter, εργον αυτε, ó habet. LXX.  
 vero, *Irenaeus* l. c. et vers. *Latt.* *Sabat.*, τα εργα  
 αυτε, á. Atqui, licet paulo infra ipse quoque *Philo*  
 τα εργα legat, ad illam tamen, quam priori lo-  
 co attulit, lectionem potissimum attendendum vide-  
 tur, cum illo loco omnia verba των ó accurate ex-  
 scribere voluisse videatur. — *Philo Lib. I. Allegor.* p. 43.  
 κατεπαυσεν εν. LXX. ηαι κατεπαυσε. quemadmo-  
 dum etiam *Philo Lib. de Poste. Caini.* p. 273. (i);  
 ubi tamen, cum *Compl.* των ó editione, post κατε-  
 παυσε vocem, ó Θεος, in *Hebraicis*, LXX et *Verff.*  
*Latt.* *Sab.* omissam, addit. — Emphasim illam, quam,  
 in

(g) In quaestionibus Hebr. in Genesin. Oper. Tom. III. p. 307. Hieronymus sequentia habet: *Pro die sexto, in Hebraeo*  
*habet diem septimum. Arctabimus igitur, Iudeos, qui de otio*  
*Sabbathi gloriantur, quod jam tunc in principio Sabbathum*  
*dissolutum sit, dum Deus operatur in Sabbatho, complevit opera*  
*sua in eo, et benedicens diei: quia in illo universa compleverit.*

(h) In *Diis.* I. p. 521. vers. *Telleri.*

(i) Tom. I. ed. Mang. hic enim liber in Francofurtana  
 Operum *Philonis* editione non invenitur.

in verbo *Hebraico intransitivo* נָבַש frustra quaerendam, *Philo* in voce οὐαπταυσε sibi reperiisse videatur, etiam apud Clem. Alex. (k) et Origenem (l) inveneries. — Vocem παντων inter απο et των εργων in textum Philonis inseruit Cel. Mangeus ex MSS. Med. et Trin., quae etiam in *Hebr.*, LXX. et *versif. Latt. Sab.* exstat.

vers. 3. Ad hunc versum alludit *Philo*, dum Lib. I. Allegor. p. 41. in verbis των LXX., οὐαπταυσεν... ὡν ηρξατο ὁ Θεος ποιησαι, emphasis querit; quod igitur satis indicat, illud των ὁ exemplar, quo utebatur *Philo* hoc loco cum hodierno illorum textu convenisse. Cur vero ει ὁ Hebraica בְּרָא לְעֹשֵׂה per ηρξατο ποιησαι transtulerint, certo definire haud aūsim. Anne fieri potuit, ut בְּרָא cum Daleth in medio vocis, cui quidem verbo, ex Arabicō, بَرَأَ, notio int̄ipiendi tribui posse videtur, pro hodierno אֶרְאָה, cum minima litterarum differentia, legerint? Sin vero hoc minus placeat, flatuendum omnino videtur, illos circumscriptione usos fuisse, ita ut phrasis illa, ηρξατο ποιησαι, nil aliud significet, quam ipsum οὐαπταυσεν. quo etiam significatu nonnunquam in N. T.

libris

(k) Strom. Lib. VI. p. 439. ed. Oper. Potter.

(l) Lib. VI, contra Celsum p. 327. ed. Hoeckel.

libris occurrit (*m*). — Sola *Compl. τῶν ὁ* editio ποιεῖ legit.

vers. 4. *Cel. Montfauconius* (*n*) notam, in omnibus, quas vidit, Catenis MSS. Patrum ad h. l., fine auctoris nomine, adscriptam, quam vero *Origeni* tribuit *Combeſſius*, sequentem aſſert: Το, βιβλος (*o*), εν τῳ τοπῳ τετῳ καθολῃ 8 πειται παρ' Εβραιοις, αλλ' επι πλανη Εβραιοις γραφεως, πλανηθεντος εν τῃ πλανῃ εκεινῃ, εν φειται παρα μεν Ανυλῃ, τετο βιβλιον γενηματων αδαμ· παρα δε τοις οι, αυτη η βιβλος γεγενεσεος ανθρωπων (*p*). αηθη γαρ και εν τετῳ τῳ τοπῳ βιβλιον παραλειφθαι, και έτως αυτο προσεγγιε. Vult igitur *Origenes*, vel quisquis huius notae auctor est, vocem ῥῆσ vitio descriptoris *Hebraici*, qui hunc locum alio simili Gen. V, i. omnino conformem reddere voluit, in exemplaria quae-dam Bibliorum *Hebraicorum* insertam fuisse. Quae si vera sit de corruptione textus narratio, vocem etiam πήν, quae τῷ ῥῆσ respondere nequit, in πῇ quod Gen. V, i. exſtat, certe mutavit librarius. Quemadmodum quoque LXX., quos ex eiusmodi corrupto

ex-

(*m*) Praecipue Aector. I, I, ὡν οὐχ εστω ὃ λεγεις ποιειν τε και διδασκειν, αλλα οις οι μεριας . . .

(*n*) In Fragm. Hexapl. *Origenis*, ad h. l.

(*o*) Quod neque exſtat in nostris Bibliorum editionib⁹, quae πήν τῷ βιβλῳ habent.

(*p*) I. c. Gen. V, I.

exemplari Hebraico versionem suam haufisse p̄mituit auctor notae, et *Philo* l. c. p. 43. 44., hunc locum, alteri Gen. V, i. convenientissimum, *ἀντὶ οὐ βιβλος γενεσεως* exhibent. Omnes *versi. Latt. Sab.* etiam, *hic est liber* legunt, vocem vero proxime sequentem, *γενεσεος*, pro qua in Hebr. דָּרְכֵי, sine, quomodo etiam Gen. V, i. invenitur, legisse, et quidem non tanquam plurale, תְּהִלָּה, quod tamen text. Hebr. hodiern. habet Gen. V, i.; sed tanquam singulare statutus constructi, ob sequ. Genitiv., תְּהִלָּה pronunciatione evidentur Alexandrini, varie explicant. Quae etiam diversitates, si forsitan exinde ortae sint, quod de veritate lectionis των ὁ, et illius e qua defumta erat, lectionis Hebraicae, dubitaverint interpretes Latini; textum Hebr. hodiernum, תְּהִלָּה אלה, quem etiam accurate exprimunt vers. *Aquila* et *Synimathi*, *ἀντας οὐ γενεσεις* justum et verum esse suadent. — Pro ερανε και γης των LXX. apud *Clem. Alex.* p. 686. legitur: και των εν αυτοις quae verba per se nullum omnino sensum praebent; nisi, quod forsitan a vero abudit, illum, ερανε και γης και των εν αυτοις legisse dicas. — οτε εγενετο ουκ εμερα εποιησεν. . . . Sic omnes των ὁ editiones, praeter Aldianam, quae ita habet: οτε εγενετο ουκ εμερα, ουκ εποιησεν. Cum vero *Philo*, ut certissime e contextu ejus l. c. patet, *Clemens Alex.* l. c., et ipse etiam textus Hebraicus, . . . . cum LXX. ex-

acte convenient; lectio editionis *Aldinae* vitiosa omnino videtur, et forsan hoc modo orta: Si Librarius quidam, vel interpres Latinus in vera των ὁ lectione, ὅτε εγένετο. η ἡμέρα εποιησεν.... voces η ἡμέρα sine iota subscripto, quod saepe in MSS. Graecis antiquis omitti solet, in nominativo legerit, punctumque distinctionis, quod nunquam in MSS. exstat, non post εγένετο, sed post η ἡμέρα constitendum putaverit; ex illa lectione, ὅτε εγένετο η ἡμέρα, εποιησε... oriri potuit illa *Sabat. versio Latina*, quae legit: *cum factus esset dies, fecit* . . . Quod si porro librarius, transpositione facta, η post vocem ημέρα, et quidem cum iota subscripto, legerit; ex illa lectione: ὅτε εγένετο ημέρα, η εποιησε . . . oriri potuit altera illa apud *Sabat. versio Latina*, *cum factus esset dies, quo fecit*. Atque ex altera harum lectionum: ex priori nempe inferendo η cum iota subscripto ante εποιησε; e posteriori vero, inferendo η sine iota subscripto ante ημέρα, orta videtur lectio editionis *Aldinae* vitiosa.

vers. 5. *Philo I. c. a textu hodierno των ὁ* haud discrepat, nisi quod p. 44. pro αυτην iteratis vicibus, την γην legat, quod cum verbis text. Hebr. הַהְנָה accuratius convenit. Cum plurimae etiam *Verff. Latt. Sab. terram* habeant; his forsan auctoritatibus, ad vocem την γην in suam τον ὁ editionem, cum parvis

parvis litteris, inferendam permotus fuit *Cel. Grabiūs*.

vers. 6. *Philo Lib. de Opif. Mundi.* p. 29. pro, της γης των LXX. in fine versus αυτης habet, quod vero ex ipso *Philone Lib. I. Allegor.* p. 45. *Lib. de Prodigis* p. 476. et *Lib. de Poster. Caini.* p. 249. (q) emendari vellem; praecipue cum et verff. *Latt. Sab. terrae* habeant, et *textus Hebr.* נָאָרָה. — *Lib. I. Allegor.* p. 45. in omnibus, ante Mangeanam, *Philonis editionibus παν* illud, quod in LXX. verbis το πρωστον praeinititur, omissum est, sed adeo in *text. Hebr.*, verff. *Latt. Sabat.* et apud ipsum Philonem p. 29. 476. 249, locis paulo supra citatis, unde illud etiam *Cel. Mangeus* hoc loco ex MS. Med. recte inferuisse putandus est.

vers. 7. *Philo Lib. de Opif. Mundi.* p. 30. χειρισμον απο της γης. Licet vox, λαβων in *textu Hebr. hodierno*, plurimis verff. *Latt.*, et in ipsis etiam LXX, praeter edit. *Compl.* desideretur; illam tamen in antiqua editione κονη inventam fuisse, vix dubito. Cum *Philone* enim, quem hanc vocem in suo των ο exemplari habuisse, ex ipsius contextu certo constat, *Compl. editio*, quae χειρισμον απο της

(q) *Tom. I. ed. Mang.*

$\tau\eta\varsigma\gamma\eta\varsigma$ , Clemens Alex., qui p. 981.  $\lambda\alpha\beta\omega\nu\chi\varepsilon\nu$   $\alpha-$   
 $\pi\tau\eta\varsigma\gamma\eta\varsigma$ , et denique Irenaeus, qui p. 253. *limum*  
*terrae accipiens*, atque p. 311. *et sumfit Dominus limum*  
*de terra legit*, consentiunt. His igitur auctoritatibus  $\lambda\alpha\beta\omega\nu$  in textum  $\tau\omega\nu$   $\circ$  inferendum videtur; nisi forte  
cum Rev. Oweno (r) hanc vocem a librario quodam, il-  
lustrationis causa additam, dicere velis. Optimo etiam  
jure Lib. I. Allegor. p. 45. textum Philonis  $\chi\varepsilon\nu\alpha\pi\pi$   
 $\tau\eta\varsigma\chi\vartheta\omega\varsigma$  emendandum esse existimo: nam etiam  
hoc loco MS. Vaticanicum Philonis, teste Cel. Mang., vo-  
cem  $\lambda\alpha\beta\omega\nu$  supplet, et MSS. Medic. et Trin. pro  $\tau\eta\varsigma\chi\vartheta\omega\varsigma$   
lectionem meliorem  $\tau\eta\varsigma\gamma\eta\varsigma$  in Philone  
exhibit; quae igitur omnia ut et contextus Philoni  
l. c. p. 46. illam lectionem, quam Philo ha-  
bet p. 30. confirmant. — Philo Lib. c. p. 40.  
 $\psi\chi\eta\varsigma\zeta\omega\tau\omega\nu$ . at Lib. III. Allegor. p. 90. Lib. quod  
Det. Potiori insidiari soleat. p. 170, ubi tamen Cel.  
Mang. e MS Vat.,  $\zeta\omega\tau\omega\nu$  restituit,  $\psi\chi\eta\varsigma\zeta\omega\eta\varsigma$  le-  
git. Lectio vero prior,  $\psi\chi\eta\varsigma\zeta\omega\tau\omega\nu$  in LXX. omni-  
no praferenda videtur, utpote quae cum *textu Hebr.*,  
edit.  $\tau\omega\nu$  LXX. omnibus, omnibusque etiam *verff.*  
*Latt.* *Sabat.* congruat. Pag. 90. et 170.  $\pi\tau\epsilon\mu\alpha$  habet  
pro,  $\pi\tau\eta\eta\pi\tau\eta\eta$   $\tau\omega\nu$  LXX, quod autem in versionem  $\tau\omega\nu$   
 $\circ$  recipi omnino nequit: nam ipse Philo Lib. I. Alle-  
gor. p. 46. Lib. de Plantatione Noe. p. 217. et Lib. Quis  
Rer. Div. Haeres. p. 489.  $\pi\tau\eta\eta\pi\tau\eta\eta$  habet; imo p. 46.

ex-

(r) Lib. cit. p. 94.

expresse indicat, Biblia sacra non πνευμα, sed πνον legere, id quod Augustinus etiam testatur (s).

vers. 8. Philo Lib. I. Allegor. p. 47. 48. cum Rom. et Ald. των ὁ edit. convenit. Compl. vero ed. et MS. Alex. κυριος, ante ὁ Θεος, ex Hexaplis interpolatum, habent. Pro εδεμ Philonis et των LXX. editio Compl. et Versi Lat. Sab. εδεν habent; quod etiam Cel. Grabiis, ut Hebraico γν convenientius, litteris minoribus in sua των ὁ edit. expressit. — Editi Philonis ante Mang. εθηκεν legunt, id quod, nullo allato MS., emendavit, ejusque loco εθετο των LXX. substituit Cel. Mang.

vers. 9. Philo Lib. I. Allegor. p. 50. εξαπεισιλεν habet pro εξανετειλεν των LXX. Cum vero Cel. Mang. in Vatic. Medic. et Trin. MSS. Philonis εξανετειλεν invenerit, haec quidem lectio praeferenda videtur; licet forsitan etiam altera Philonis lectio, εξαπεισιλεν in pluribus antiquis MSS. των ὁ inventa fuerit: versio enim antiqua Lat. textual. Sabat. ejicit habet; quod e Graeca potius εξαπεισιλεν quam εξανετειλεν oriri potuisse videtur. — eti post ὁ Θεος των LXX. et versionum Latt. Sabat. omissum est in  
Philonis

(s) Lib. 13. de Civitate Dei. cap. 24.

56. EXERCITATIO PRIOR. CAP. II. V. IO. II. 12.

*Philonem et textu Hebr. — Philo l. c. et Lib. de Plantatione Noe*, p. 220. ευμετω τε παραδειση legit cum verſi. *Latt. Sabat.*, quibuscum etiam consentiunt hodiernae των ὁ editiones, excepto MS. Alex. quod, εν μετω τῷ παραδεισῷ habet, quemadmodum etiam *Philo Lib. de Migratione Abrahami* p. 393.

verſ. 10. *Lib. I. Allegor.* p. 51. sq. Inter εδεμ et εδεν eadem obtinet in LXX. differentia, ac supr. v. 8. — τε *Philonis*, quod p. 51. et 52. ante ποτιζεν exstat, in LXX. omissum est.

verſ. 11. *Philo*, εκει. LXX. εκει ε (nam εκει εν editionis *Aldinae*, ut et εκει εν ε *Philonis* p. 54., vitiaria videntur.) Lectionem των ὁ praeferimus, quia ipse *Philo* in sequenti contextu, se εκει ε in LXX. legisse, indicat, et *Cel. Mang.*, in MSS. Med. et Trin, *Philonis*, lectionem των ὁ, εκει ε invenit.

verſ. 12. Και των LXX. ante εκει εσιν in editione *Compl.*, *Philonem et textu Hebr.* omissum est; in plurimis vero verſi. *Latt. antiqu. Sabat.* exstat. Si initio hujus verſus, το δε legitur, quod habent *Philo*, et LXX., praeter edit. *Compl.*, και hoc loco non supervacaneum videtur; Si vero priori loco cum edit. *Complut.*, και το legere velis, posterius και ante εκει εσιν commode, ut fit in *Compl.*, omitti poterit.

verſ.

vers. 13. Philo, ὃντος κυκλοι την γην. LXX. ὃντος ὁ κυκλων πασαν την γην. quae textui Hebr. perfecte convenient. Philo certe in LXX. κυκλοι legis se videtur: licet enim v. 11. iterata vice cum LXX. ὁ κυκλων. habeat, hoc tamen loco totidem, κυκλος exhibit, quam etiam Philonis lectionem confirmat illa apud Sabat. antiqua vers. Lat., in qua per: *hoc circuit redditur.* — Vocem πασαν, hoc loco omisam, ipse Philo supplet p. 52.

vers. 14. Philo, MS. Alex. et ed. Compl. των ὁ, προπορευομενος. Romana vero et Ald. edd., πορευομενος. — Philo, ὃντος ὁ ευφρατης. quae forsan vera fuerit lectio των ὁ: Romana enim et Ald. edd., ὁ ευφρατης. MS. vero Alex. et ed. Compl. ut et Philo p. 53. ὃντος ευφρατης habent, et ὃντος in Hebr. נָה fundatum est.

vers. 15. Philo Lib. cit. p. 56. ὁν εποιησε. LXX. ὁν επλασε. Philonem in suo των ὁ exemplari, ὁν εποιησε legisse, e contextu ejus manifestum est, et cum illo convenient Versiones Latinae, praeter unam, omnes, a Sabat. allatae, qui fecit legentes. Lectio igitur Philonis preferenda videtur, praecipue, cum etiam MS. Oxoniense των ὁ, teste Sabatier., εποιησε habeat, et vulgata lectio των ὁ, ὁν επλασε. e verbis versus 8. τον αυθεωπον, ὁν επλασε. hic derivata videatur. Quae si ita se habeant, ipsi Alexandrini interpretes in textu Hebr. duo verba, הַשׁ רְשֵׁנ in

Bibliis nostris omissa, legerunt. — της τρυφης, quod in *Rom.* et *Compl.* edd. των δ, nec non apud *Hieronymum* (t), post παραδεισῳ invenitur, in *Philonem*, verſ. *Latt. Sabat.*, MS. *Alex.* et ed. *Ald.* των LXX. omittitur, sed infra *Gén. III*, 22. in his et iam exstat.

vers. 16. φαγεσαι Philonis Lib. I. Allegor. p. 57. certe vitiosum est: *Cel.* enim *Mang.* in MSS. *Med.* et *Trin.* *Philonis*, βρωσαι φαγη, quod habent LXX, invenit; et ipse *Philo* p. 58. hunc locum, iisdem prorsus, ac LXX. verbis affert, ubi praeterea haec addit de LXX. „ξμογον δε φησι, φαγη, αλλα και, βρωσει.“ *Verſ. Latt. Sab.* edes ad escaī, esca edes. cet., quae omnia lectionem των δ, cum *Hebr.* verbo ingeminato convenientem, confirmant.

vers. 17. *Philo*, τε ειδεναι γυναικον καλε και πονηρε. LXX. τε γυναικειν καλον και πονηρον. Corruptus

(t) In Lib. cit. Oper. Tom. III. p. 308. haec habet: *Provoluptate, in Hebreo habet, EDEN. Ipsi igitur nunc (quod non supra fecissent v. 8. et 10.) septuaginta, EDEN, interpretati sunt, voluptatem. Symmachus vero, qui florentem paulo ante Paradisum (v. 8. παραδεισου ανθησον) transtulerat, hic posuit, εν τῳ παραδεισῳ της ακτης (της ακτης, e tribus MSS. substituit *Cel.* *Vallarsius* in not. ad h. l. pro vulgata lectione *Symmachii*, της αλλης, quam antea jam *Drusius* in, αλλα τον μutare voluit) quod et ipsum, amoenitatem et delicias sonat.*

ruptus videtur hic locus *Philonis* e praecedenti vers. 9., ubi et *Philo* et LXX. τὰ εἰδεναι γνωστον καλε καὶ πονερον legunt: licet enim textus Hebr. hodiernus utroque loco eadem verba, וְרָעַת הַדְּרָעַת, exhibeat, adeoque forsitan aliquis *Philonem* hoc loco ipsum textum Hebraicum transtulisse diceret; sunt tamen rationes, quae contrarium suadeant: Primo enim praecedenti et consequenti textui *Philonis* manifesta adeo inhaeret nota corruptionis, ut hic quoque locus in depravationis suspicionem facile cadere queat. Praeterea vero ipse *Philo* p. 59. cum LXX. exacte consentit, quos textum Hebr. hoc loco aliter, quam supr. v. 9. transtulisse, vel exinde patet, quod *versus* *Latt. Sabat.* lectionem τῶν ὁ v. 9. τὰ εἰδεναι γνωστον scien-tiae dignoscendi, versu vero 17. τὰ γνωσκειν cognoscendi verterint. Has igitur ob causas, sed non ob MSS. *Cel. Mangei*, cum nullius MS. lectionem indicaverit, hunc *Philonis* locum, secundum textum ipsius p. 59, τοις ὁ conformem reddendum putaverim.— *Philo* οἱ φαγεται. LXX. οἱ φαγεθε απ' αυτοι. Sed ipse *Philo* p. 59. expresse indicat, se οἱ φαγεθε in LXX. legisse, ubi etiam quoad cetera cum interpretibus Alexandrinis concordat; nisi quod εξ αυτοι pro απ' αυτοι exhibeat. — οτι ει μηρα, ι φαγη. Etiam haec lectio *Philonis* certissime vitiosa, atque secundum MS. *Med.*, a *Cel. Mangeo* allatum, versioni τῶν ὁ conformanda est. Fieri forsitan potuit, ut Lector,

Librarius

Librarius, vel editor Operum *Philonis*, hoc dictum e  
Bibliis Hebraicis, ubi Deus Adamum solum, Eva  
nondum creata, alloquitur, emendaverit. Quod ve-  
ro etiam antiqua *zown* verba haec in plurali exhibue-  
rit, ex *antiquarum vers. Latt. Sab.* et *Irenaei* p. 320.  
convenientia, ipsiusque *Philonis* testimonio p. 59. cer-  
to constat. — Ad finem versus MS. *Alex.* pro φαγετε  
των LXX. φαγεθε legit, quod supra in reliquis etiam  
editionibus exstat. Apud *Irenaeum* denique p. 344.,  
minima a LXX. differentia, hic locus sic legitur: ἦ δὲ  
αὐτῷ μέρα φαγυτε, θανάτῳ αποθανετε.

vers. 18. Licet inter textum hodiernum *Philonis*,  
*Lib. II. Allegor.* p. 1087. et των ó nulla conspiciatur  
differentia, nobis tamen orta est suspicio, annon in  
suo των ó exemplari ποισω in singulari legerit?  
Sic enim habet p. 1088. 1089. Praeterea, si in textū  
των ó, ποισωμεν invenisset, etiam hoc loco, ut in  
dicto, Gen. I, 26. *Lib. de Opif. Mundi* p. 16. *Lib. de*  
*Confusione Linguarum* p. 344. et *Lib. de Profugis* p.  
460., in verbo plurali emphasin quaesiturus fuisse vi-  
detur. Accedit, quod ipse textus *Hebr.* hoc loco  
verb. sing. הַשׁעַן altero vero loco verbum plural.  
הַשׁעֲנָה exhibeat. Certe igitur lectio *Philonis*, ποισω,  
licet τοις ó et antiquis *Vers. Lat. Sabat.* contraria, at-  
tentione digna videtur.

verf. 19

vers. 19. *Philo* Lib. cit. p. 1089. in voce ετι, quae in LXX. et antiqu. vers. Lat. Sab. invenitur, in Hebraicis vero omnino omissa est, emphasis quaerit, Pag. 1090. verba τι καλεσει idem significare vult, ac δια τι καλεσει, ut sententiam moralem exinde elicere queat, quae vero explicatio, textui Hebraico et totius sermonis connexioni contraria, ut et emphasis, e voce ετι, in Hebraicis omissa, eruta, *Philonem textum Hebraicum* hoc loco haud consuluisse, ostendunt. — Pro εαυ των LXX. *Philo* et ed. *Compl. av* habent. Lectione, εαυ, utpote quae paulo rarer sit (v), praferenda videtur. Haud equidem ignoramus, S.V. *Ernestium* (x) *Xenophonti*, imo *Atticis* in universum, hanc loquendi rationem abjudicasse; At vero, *Alexandrinos* interpretes ad Atticae venustatis normam minime exigendos esse, quisque harum rerum peritus facile concedet. Accedit, quod etiam quoad *Atticos* scriptores, si a tanto Viro ea, qua par est, modestia, dissentire nobis licet, haud satis certum videatur hoc summi Viri effatum: Contrarium enim

(v) Apud LXX. enim nullibi, nisi Gen. XXX, 33. et *Danielis* I, v. 13. Καὶ εαυ φανη ἡ οὐθις ἡμῶν διατεργαμμένη παρατεταλπεῖται τοις εθιούτας από τε βαβύλωνικύς δειπνός, καὶ οὐδὲ εαυ θελήσ, ἐτο χρηται τοις παισίσι. ex editione illa Romana, quae hoc ipso anno, a Codice Chisiano expressa, prodit, occurre meminimus.

(x) In nuperā *Memorabilium Xenophontis* editione, p. 151.

enim suadent loca *Lysiae* (y): Ανεβετε, ω αυδρες δικαιουι, οτι περι αμφοτερων κειται, και οσοι εαν μαχησεταις εις τεττισων αναχωρησωσι, και οσοι αυ εν τη πεζη σρατικη μη παρωσι,... et *Aeschinis* (z): Περι δε της αλλης πατηγοριας διομαι υμων, ω αυδρες, εκη τι παραλιπω, και μη μυησα, επερωταχ με, και δελεν ο, τι εκν ποθητε με ανεσαι ... — Pro αυτω in fine versus, MS. *Alex.* αυτω habet, et *Verff. Latt. Sabat.* hoc est nomen ejus;

vers. 21. *Philo* l. c. p. 1091. 1093, LXX. et *Verff. Latt. Sab.* nullum κυριος ante ο θεος exhibent; sola igitur auctoritate *textus Hebraici*, qui ante אלhim habet, suum: × κυριος in textum των ο inserere haud debuissest *Cel. Grabius* (a). *Philo* p. 1094. pro ανεπληρωσε. των LXX, ανεπληρωσ habet; quod vero, quasi in transitu et festinatione dictum, nullius est momenti.

vers. 23. Non solum *Philo* p. 1094. sed etiam Clemens Alexandrinus p. 227. vocem των LXX, οις, quam *Cel. Grabius*, tanquam post *Adamantii* aevum in textum των ο insertum, uncis [] inclusit, exhibent; immo etiam in *Hexaplis Cel. Montfauconii* τοις ο tribuitur lectio

(y) p. 521. ed. *Reiskei*.(z) p. 192. ed. *Reiskei*.(a) cf. ea, quea supr. in *Exereit*, praelim. p. 15, et insr. ad Genes. VI, 8. diximus.

lectio, οὗτον, nullo signata asterisco; ita ut minus fundata videatur *Cel. Grabii* de hac voce conjectura, quam nullis praeterea Patrum auctoritatibus, aliisve argumentis confirmavit. — Pro ωςεων. των LXX. *Philo* saepius cum *Aquila* ωςων habet. — In fine versus editio *Compl. Hebraicum* חנוך, quod in reliquis των δ' edit., et forsitan etiam in *Philone* (b) omittitur, exhibet.

vers. 24. Quod *Philo* p. 1096. pro ἐνεκεν. των LXX. ἐνεκεν habeat, eo minoris est momenti, cum ipse p. 653. (c) cum LXX. conveniat. — LXX. τον πατερα αυτει και την μητερα. MS. vero *Alexandr.* τον πατερα αυτει και την μητερα αυτει, bis repetito pronomine αυτει, legit. Cum autem *Philo* p. 1096. plurimaeque Verff. Latt. Sab. utrumque pronomen omittant, et ipsa των δ' exemplaria varie inter se differant, et praeterea ejusmodi pronomina in *Grabiana* των δ' editione saepe asteriscis notata, adeoque ex Hexaplis interpolata conspiciantur; annon igitur fieri potuit, ut ad normum textus Hebr., אביך ואות - אמי נן, in MS. *Alexandr.* utrumque suffixum, in reliquis vero

των

(b) Nam αυτη illud, cui *Philo* p. 1095. significationem emphaticam tribuit, potius prius, in omnibus των δ' edit., ante κληθησεται obvium, quam posterius, in omnibus, praeter Complutensem, desideratum, fuisse videtur.

(c) Oper. Tom. II. ed. Mang.

$\tau\omega\eta$  ó edit. unum tantum post  $\pi\alpha\tau\epsilon\eta\alpha$ , ex Hexaplis interpolatum fuerit? Attamen cum ipse quoque *Philo* p. 635. (*d*) post  $\pi\alpha\tau\epsilon\eta\alpha$  pronomen  $\alpha\tau\tau\epsilon\eta\alpha$  habeat, et quaedam etiam *Verff. Latt. Sab.* pronomina promiscue exprimant, nil certi statuere ausim. — Pro  $\pi\eta\eta\epsilon\eta$   $\tau\eta\eta\alpha\tau\omega\eta$  LXX, MS. *Alexandr.* et editio *Ald.*  $\tau\eta\gamma\eta\alpha\tau\omega\eta$  legunt, quibuscum convenit illa *Verff. Lat. Sab.*, quae habet, *uxori suaे*.

vers. 25. *Rom.* et *Compl.*  $\tau\omega\eta$  ó edit. cum hoc dicto caput III. Geneseos incipiunt, quibus suffragatur *Philo* p. 1096. ubi haec verba cum sequentibus arctissimo nexus cohaerent.

Cap. III. v. 1. *Philo* p. 1107. pro  $\pi\pi\pi$ .  $\tau\omega\eta$  LXX. et *verff. Latt. Sab.*  $\epsilon\pi\pi\pi$  habet, et  $\tau\omega\eta$  ante  $\Theta\eta\pi\eta\omega\eta$   $\tau\eta\eta\gamma\eta\pi$  omisit; hae vero diversitates e circumscriptione vel negligentia forsitan *Philonis* ortae, nullius fere momenti esse videntur.

v. 8. *Philo L. III. Allegor.* p. 60.  $\kappa\alpha\iota\epsilon\eta\eta\beta\eta\eta\eta$ . LXX. vero, ut et *Philo* p. 61,  $\epsilon\eta\eta\beta\eta\eta\eta\eta$ . —  $\tau\pi\pi\pi$   $\xi\eta\lambda\pi$  in *Compl.* et *Aldin.*  $\tau\omega\eta$  ó edit. librariorum, ut videtur, vitio omissum est; in *Rom.* enim ed. et MS. *Alex.*, in textu *Hebr.* in *Verff. Latt. Sab.* et in *Philone* exstat.

vers. 9.

(d) l. c.

vers. 9. 10. Philo p. 69. κυριος, quod in sola Ald. των  
 ó ed. deest, ante δέος exhibit — Αδαμ ante πε ει  
 omisum est in ed. Compl. Philone, Versione textuali  
 Sabat. et ipso textu Hebr. — Praeterea sola Com-  
 pl. edit. in sequenti versu 10. ubi reliquae των ó edit.  
 καη ειπεν αυτω habent, pro voce αυτω substituit  
 Αδαμ. Inter Verff. Latt. antiqu., a Cel. Sabat. in no-  
 tis ad v. 9. et 10. allatas, sepiem ad vers. 9. legunt;  
*Adam!* ubi es? una vero: ubi es *Adam?* ad vers. 10.  
*textualis:* et dixit ei: *una* in nota: respondit ergo *A-*  
*dam:* *una:* et dixit illi: *duae* vero: et dixit: Cum ve-  
 ro textus Hebr. v. 9. וַיֹּאמֶר לוּ אֵיכָה legens, vocem  
 Αδαμ ante πε ει omittat, et vers. 10. וַיֹּאמֶר אֶתְךָ קָלְךָ  
 habens, nec αυτω nec Αδαμ post καη ειπε agnoscat,  
 forsitan rem nobis ita concipere possumus: Si vera an-  
 tiquae editionis κωνη lectio haec fuerit, vers. 9. Καη  
 ειπαλοσεν δέος τον Αδαμ καη ειπεν αυτω; πε ει.  
 v. 10. καη ειπε; της φωνης . . . facillime fieri po-  
 tuisse videtur, ut vox Αδαμ, vitio librariorum repe-  
 tita, et in quibusdam exemplaribus, ut in Rom., Grab.  
 et Ald. των ó edit. ante πε ει, in aliis vero, ut in  
 edit. Compl. post καη ειπε, vox vero αυτω simili mo-  
 do in Rom. Grab. et Ald. edit. post καη ειπε inserta  
 fuerit. Vocem αυτω quod attinet, accedit etiam  
 Cel. Sabatieri auctoritas, qui illam in ipso quodam  
 των ó exemplari, quod vero non nominavit, omis-  
 sam esse animadvertis.

## 66 EXERCITATIO PRIOR. CAP. III. V. 10. 13. 14.

v. 10. *Philo* p. 70. ut supra v. 8. ita et hoc loco cum LXX. της φωνης, MS. vero *Alex.* utroque loco την φωνη habet. *Versio Lat. textualis Sab.* sic: *vo-  
cem tuam audiui ambulantis*, quae, si in LXX. της φωνη legislet, aliter tamen latine vertere haud potuisse. — Vox πέριπατεύτος, ut in *Vers. Lat. Sab.* ita et in omnibus των ὁ editt. obvia, vitiosa et forsitan e vers. 8. orta videtur, in *Philone* enim l. c. MS. Ο-  
χον. των ὁ, quod contulit *Sabatierus*, ipso textu *Hebr.* et plurimis *Vers. Lat. Sab.* omissa est. Hinc etiam uncis illam inclusit *Grabius*, quam oqntimo ju-  
re penitus delere potuisse.

vers. 13. Etiamsi *Philo* p. 71. cum MS. *Alex.* et editione *Compl.* των LXX. plurimisque *Vers. Lat. Sab.* vocem κυριος ante ὁ Θεος, in *Romanam* et *Ald.* των ὁ editt. ex Hexaplis, ut videtur, ad *Hebr.* הָרָה exprimendum insertam, omiserit, illam tamen *Grabi-  
us* in suam των ὁ edit. recepit. Post καὶ εἴτε in so-  
lo *Philone* omiss. est γυν.

v. 14. *Philo* p. 72. et *Irenaeus* p. 221. verba, των επι, ante της γης omittunt, quae etiam caussa fuisse videtur, cur ea *Grabius* uncis incluserit. — *Philo* l. c. p. 82. et 90. ab *Hebr.* textu discrepans pronomen σε post συνθει omittit; verba vero, καὶ τη νοι-  
λια, quae *Hieronymi* jam tempore (e) in Hebraicis  
deside-

(e) *Hieronymus* in Quæst. Hebr. ad h. l. Oper. Tom. III.  
p. 309.

desiderabantur, exhibet. — Pro φαγη legit φαγεται.  
 — Cum Philone, vocem, τοι, quod attinet, consen-  
 tit Compl. των ὁ editio, quae etiam voceς κτηνῶν et  
 θηρῶν inverso ordine ponit. Vulgata vero των  
 LXX. lectio, των κτηνῶν . . . των θηρῶν . . . ,  
 cum Philone et Irenaeo ll. cc. et, si Alexandrinorum  
 interpretandi morem spectes, cum textu quoque He-  
 braico convenit. LXX. enim, ubi in constructione  
 Hebraica et הַשְׁרָה חִתָּה דָּאָרָה five simul  
 occurunt, illud saepissime κτηνη hoc θηρια vertere  
 solent (f).

v. 15. Philo p. 73. et 95. καὶ τὰ σπέρματος αὐτῆς.  
 LXX. vero καὶ αναμεσον τὰ σπέρματος αὐτῆς habent.  
 Plurimae Verſſ. Latt. Sabat. et Irenaeus p. 318. cum  
 Philone; aliae vero Verſſ. Latt. Sabat. et Irenaeus p.  
 287. cum LXX. convenient, quorum igitur lectio,  
 textui hebraico congrua, retinenda videtur.

v. 16. Philo p. 97. et 98. cum LXX. τὸν σπιναγ-  
 μον. Compl. vero editio plurimaeque Verſſ. Latt.  
 Sab. cum Hebraico convenientes, τες σπιναγμας ha-  
 bent. — Philo p. 101. pro τεξη, τεξει legit. — Pro-  
 nomen

p. 309. Ventrem septuaginta interpres addiderunt; caeterum  
 in Hebreo peccus tantum habet.

(f) cf. Trommii Concord. LXX. Tom. II. p. 752-931.

nomen τὸς post τὸν αὐδρα omisum est in Hexaplis *Montfauconii* sine nota, utrum vero vitiose, an auctoritate MS. cuiusdam, nescio; omnes enim τῶν ὄ editi. *Verſi. Latt. Sabat. et Philo l. c. suffixum Hebr. exhibent.*

v. 17. *Philo p. 102. εἰπεῖν δὲ Θεος.* Vox autem ὁ Θεος in LXX, text. *Hebr.* plurimisque *Verſi. Latt. Sab.* quarum tamen duae: dixit Deus, una: dixit Dominus, legunt, omisum est. — τύττε μονες ante μη φαγειν, a solo *Philone h. l.* omisum, ipse infra p. 106. exhibit. — εφαγες, quod post απ' αυτω in LXX. exstat, uncis inclusit *Grabius*, forsan motus auctoritatibus, quas postea attulit *Sabatierus*, qui exemplar aliquod των LXX. απ' αυτω sine εφαγες, unamque versionem latinam . . . ne ederes ex eo, maledicta . . . legere testatur; praetereaque testimonium *Augustini (g)* affert, ubi multos *Codd. Latt.* omnia verba, απ' αυτω εφαγες, omisisse commemorat. Philonem autem non solum, απ' αυτω, sed etiam εφαγες in suo των ὄ exemplari legisse, non solum e p. 102. ubi lectionem, απ' αυτω εφαγες, integrum affert, sed praecipue e p. 106. ubi praecedentia verba, τύττε μονες μη φαγειν, a proxime sequentibus, απ' αυτω εφαγες, sejungit, manifestum est.

v. 19.

(g) Lib. I. Locut. Tom. III. part. I. col. 326.

v. 19. *Cel. Mangeus, Benzilio duce, in Philone p. 107.* post προσωπά σα, verba, φαγεσαι τον αρτον σα, quae in textu Hebr. omnibus των ὁ editt. et Verff. Latt. Sabat. exstant, supplevit, et quidem haud injuria; Philonem enim haec verba in LXX. legisse, ex ipsius contextu proxime sequenti, ubi inter χορτον et αρτον distinguit, manifestum est. — *Philo l.c. μέχρι αποσρεψεις.* LXX. vero ἐος τις αποσρεψεις σε, quae proxime cum Hebr. שׂוֹבֵךְ נָע conveniunt.

Cap. VI, v. 8. *Philo p. 75.* cum LXX. εναντιον. Compl. vero editio et ipse *Philo Lib.* Quod Deus sit immutabilis p. 306. εναντι habet. — *Philo l.c. p. 308.* παρα κυριω Θεω et p. 304. παρ αυτω habet; hae vero differentiae e circumscriptione ortae videntur, dum aliis locis, in indice *Mangeano* allatis cum LXX. legat: εναντιον sive εναντι κυρια τις Θεος. Textus autem Hebr. pro Graecis, κυρια τις Θεος, unicam modo vocem יהוה exhibit; id quod conjecturam, quam supra proposuimus, de voce κυριος saepissime in LXX. ex Hexaplis interpolata, multo certiorem reddit; ipsos nempe Alexandrinos interpretes voces Hebr. יהוה et יְהָלוּן tanquam synonyma promiscue modo per κυριος modo per ὁ Θεος transtulisse, tam ex hoc loco, ubi Hebr. יהוה ὁ Θεος verterunt, quam ex Gen. XXXVIII, 7. ubi pro יהודה priori loco κυριος, posteriori vero ὁ Θεος posuerunt, nec non

ex multis aliis locis (*h*) abunde manifestum est. Apropositum igitur Hebraica, יְהוָה אלהים, per unicum δὲ Θεός explicare potuerunt; Licet haud praefracte negaverim, interdum forte etiam ab ipsis utraque verba, κυριος δὲ Θεός, conjunctim posita fuisse. Postea vero *Origenes* vel alii Bibliorum interpretes Christiani, uno vel altero loco hoc factum fuisse videntes, aut semper ita fieri debere opinati sunt, aut vocem κυριος, nomen usitissimum *Iesu Christi*, ut synonymum τουτον, יְהוָה, quod soli Deo aeterno competit, quam saepissime usurpare voluerunt. Hinc igitur fieri potuit, ut vocem κυριος, sive ex ingenio, sive ad normam recentiorum versionum Graecarum, quae saepe κυριος δὲ Θεός legunt, in Hexaplari των δὲ editione ante δὲ Θεός cum τούτῳ semper suppleverit *Origenes*; imo non illis solum locis, ubi in Hebraicis exstant duea voces, אלהים, δὲ Θεός, sed etiam hoc loco et infr. Gen. XXIX, 31. ubi non nisi una vox יְהוָה invenitur.

Cap. IX, v. 21. *Philo* non solum *Lib. II. Allegor.* p. 1098. ubi e circumscriptione ortum videri poterat, sed etiam *Lib. de Plantatione Noe.* p. 233. ubi haec verba, simul cum praecedentibus allata, e Versione Alexandrina exscripsisse videtur, επειδει τοις οντας legit; LXX. vero cum *Verff. Latt. Sabat.* et cum Hebr. וַיֵּשֶׁת מִן - οὗτοι επειδει τοις οντας.

Cap.

(b) quac vid. apud *Trommum Tom. II.* p. 940. 944.

Cap. XII, v. I. δω illud, vel ex correctione Cel. Benzelii δωσει, quod Philo habet Lib. III. Allegor. p. 76. pro δειξω των LXX, e circumscriptione ortum videtur; aliis enim locis ipse quoque δειξω habet; praecipue Lib. de Migratione Abrahami. p. 394. ubi Deum Abrahamo δειξω, non vero διηνυμι, adeoque nec δωσω, dixisse indicat. — Initio Libri tit. p. 388. et Lib. Quis rer. Divin. haeres p. 520. totum hunc versum attulit, ubi illud praecipue notandum videtur, quod Philo utroque loco, cum MS. Alex. των LXX. conveniens, verba και δευρο, in reliquis των ο editt. obvia, et in Verff. Latt. Sabat. varie: et vadē, et veni, translata, cum textu Hebr. omiserit.

Cap. XIV, v. 18. Philo Lib. III. Allegor. p. 75. et 76. iteratis vicibus προσφερει habet, ita ut pro εξηνεγκει των LXX, pro quo ed. Compl. εξηνεγκει αυτω exhibit, προσενεγκει legisse videatur. Vox vero editionis Compl. αυτω, quae non minus, quam αυτω ex interpolatione Hexaplari alias saepissime inserta est, etiam hoc loco, ubi in ipso Hebr. textu, nec non in Verff. Latt. Sabat. quae tantum per protulit reddit, deest, ejusmodi interpolationis ortum debere videtur. — Philo: ιερευς τα υψισυ. LXX. cum Hebr. ιερευς τα θεε τα υψισυ, in Ald. vero edit. posteriorius τα omissum est.

vers. 22. et 23. Etiamsi *Philo* Lib. c. p. 65. hos versus circumscripterit, ex hujus tamen loci cum alio, *Lib. de Temulentia* p. 255. ubi dicta haec Biblica integra attulit noster, collatione, quid in suo των ὁ exemplari legerit, satis patet. *Philo* nempe utroque loco vocem πυριος, quae in *Rom.* et *Ald.* των ὁ edit. ante ὁ Θεος exstat, in *Compl.* vero edit. MS. Alex. et *Versf.* *Latt.* *Sab.* inter quas etiam est locus *Irenaei* p. 233. omittitur, non exhibit. *Grabius* vero pro more suo illam, licet aperte ex interpolatione ortam, in suam των ὁ edit. minoribus litteris inseruit. — Pro σφυρωτηος *Romanas* et *Ald.* των ὁ edit. *Compl.* edit. vitiose legit σφερωτηος, sed MS. *Alex.* cum *Philone* utroque loco: σφαιρωτηος; quae vox alias a LXX. interpretibus pro parte candelabri, quae in sphærae formam facta erat, ponitur (i). — Pro επλαντια folia *Compl.* edit. legit. επλαντηα. — *Philonis* τον ὁρωτα pro τον αβραμ LXX. interpretum e circumscriptione ortum videtur. Solet equidem *Philo* nomen Jacobi, Ιησουλ, alias per τον ὁρωτα τον Θεον explicare; Cum autem ipsi Alexandrini interpretes Hebraicum הַנָּה (k), vel in constructione plena לְנָה (l), prophetam, τον ὁρωτα vertere soleant, et ipse etiam

(i) *Exod.* XXV, 31. sqq. XXXVII, 18. sqq.(k) vid. *Trommii Concord.* Tom. II. p. 143. 2. הַנָּה.(l) *Paralip.* IX, 29.

etiam Philo, Lib. c. p. 63. pro Ισραὴλ τῶν LXX, non τον ὄρωντα τον θεον, sed tantum τον ὄρωντα, et Lib. de Migratione Abrahami p. 394. τον ὄρωντα, Ισραὴλ ponat, nulli nubium esse potest, quin Philo etiam verbum τον ὄρωντα omnino pro propheta posuerit; quidni igitur hoc loco Abrahamum τον ὄρωντα, prophetam, dicere potuerit? praecipue, cum Gen. XX, 7. nomen Prophetae ei tribuatur. Quod si ita se habeat, minus fundata est conjectura *Cel. Mangei* de textu *Philonis*, et hoc loca et p. 63, textui τῶν ὄ conformando.

Cap. XV, v. 5. Philo Lib. c. p. 68. aliisque in indice *Mangeano* allatis locis, vocem αυτῷ τῶν LXX, quam tamen plurimae *Verſſ. Latt. Sab.*, et dixit ei legentes, exhibent, verbaque MS. *Alexandrini*, πρὸς αὐτὸν, quas una quoque *Verſio Lat. Sab.*, et dixit ad eum vertens, sequitur, textui Hebraico convenienter penitus omisit. *Philonis* igitur testimonio valde confirmatur opinio *Origenis*, qui his verbis τῶν ὄ, utpote quae in Hebraicis omitteretur, obelum  $\div$  signum reprobationis praefixit. — Quae Philo habet Lib. *Quis Rer. Div. Haeres.* p. 492. προσαγαγὼν δὲ αὐτὸν εἰς φόνσιν, mera sunt circumscriptio textus τῶν ὄ, εἰςαγαγὼν δὲ αὐτὸν εἰς, καὶ εἰπε, quem ipse p. 68. unico δὲ omisso accurate exhibit. — δη post αναβλεψον τῶν LXX. in Compl. editione, *Verſſ. Latt. Sab.* omnibusque *Philonis* locis, ut videtur, haud immerito omissitur; nisi forsitan *Hebraico* non respondere posset.

— Philo

— Philo Lib. c. p. 492. pro εαυ δυνηση των LXX. et εαυ δυνη MS. Alex., εαυ δυνης legit, verbaque και ειπεν, ante οντος εσαι in LXX, omisit. Ultimam hanc lectionem quod attinet, trifaria varietate inter se differunt Veriss. Latt. Sab. Aliae nempe, cum LXX, et dixit, habent; plurimae vero, cum textu Hebraico, et dixit ei. Duea denique, cum Philone convenientes, et Hebr. נָאכַר לְ, et Graec. και ειπεν, penitus omiserunt.

Cap. XVII, v. 15. Philo Lib. III. Allegor. p. 101. verba των LXX, το ονομα αυτης, post quae sola Compl. editio ετι supplet, penitus omisit; vulgata autem lectio των ο quaet etiam apud Hieronymum (m) inventitur, eo potius retinenda videtur, cum ipse textus Hebr. vocem נָאכַר exhibeat, omnesque Veriss. Latt. Sab. cum LXX. convenientes, non appellabitur nomen ejus Sara legant, cum denique Philo locutionem mere Hebraicam, το ονομα αυτης, vel negligentia vel studio facile omittere potuerit, eadem omnino ratione, qua Hieronymus l. c. Hebraica vertit: Sarai uxorem tuam non vocabis e a m . . . pro, non vocabis

---

(m) Signanterque, inquit l. not. sq. cit. p. 332., non ut in Graeco legimus: . . . , non vocabitur nomen ejus Sara; in Hebreo habetur: . . . non vocabis nomen jus Sarai.

bis nomen ejus. — In Romana vero των ὁ editione vox αλλα ante σερφα, quae, Hebraico י respondens, in omnibus reliquis των ὁ edit. omnibusque Verff. Latt. Sab. et denique etiam in Philone l. c. invenitur, supplenda est. — Porro differentia inter Philonis, σερφα αυτης εσαι το ονομα, et LXX. interpretum, σερφα εσαι το ονομα αυτης, minime videtur. Sol-a vero Aldina των ὁ editio pro σερφα vitiōse σερφα legit. Licet enim Hieronymus (mm) discrīmen nominum, quae uxori Abrahamae competenter, non in reduplicatione litterae R, sed in differentia litterarum Hebraicarum ρ et ρ̄ in fine vocis, constitisse a criter disputaverit, contraria tamen sententia, cui etiam assentiuntur Justinus Martyr (n) et Sulpicius

Se-

(mm) In Quæst. Hebr. ad h. l. Oper. Tom. III. p. 331. Errant, inquit, qui putant, primum Sarām per unum R scriptam fuisse, et postea ei alterum R. additum, et, quia R apud Graecos centenarios numerus est, multas super nomine ejus ineptias supicantur: quum utique, utcunque volunt, ei vocabulum commutatum non Graecam, sed Hebraeam debeat habere rationem, quum ipsum nomen Hebraicum sit . . . SARAI igitur primum vocata est per SIN, RES, ΙΟΔ: sublato igitur ΙΟΔ, i.e. Ι elemato, addita est HE littera, quae per Α legitur, et vocata est SARA. Causa autem ita nominis immunitati haec est, quod antea dicebatur, princeps mea, unius tantum domus materfamiliae: postea vero dicitur absolute princeps.

(n) In dialogo cum Tryphonie p. 340. Oper. ed. Colon. 1686: „Αλλα δια τι μεν εν αλφη πρωτη προστεθη τω Αβρααμ ονοματι θεολογεις, και δια τι εν ην τω σερφας ονοματι.

*Severus* (o), ductos fuisse Alexandrinos interpretes, vel ipsa Aldina τον ὁ editio suadet, quae neque primo loco, cum Hebr. יְשָׁוֹשָׁן, σαρας, sed cum reliquis τῶν ὁ edit. *Philonē et verſi. Latt. Sab.* σαρα habet, adeoque etiam altero loco cum iisdem σαρέα habere debuisset: Hic enim non de vera nominiū uxoris *Abrahamae* etymologia, sed de vero textu τῶν LXX. sermo est.

v. 17. *Philo* p. 101. pronomen αυτες post επι προσωπον τῶν LXX, cum MS. *Alex.* omittit, quod tamen *Cel. Grabius* minoribus litteris in suam τῶν ὁ edit inseruit. — LXX. και εγελασε, και ειπεν εν τη διανοιᾳ αυτες. *Compl.* vero editio, και εγελασε, και ειπε τη διανοιᾳ λεγων. *Philo* denique l. c. pluribusque aliis locis sic legit: και εγελασε, και ειπε. quasi verba, τη διανοιᾳ αυτες, in illo, quo utebatur, των ὁ exemplari, omnino desiderarentur. Quod vero *Philo* etiam τη διανοιᾳ, in LXX. legerit, ex eiusdem *Lib. de Mutatione Nominum* p. 1072. constat, ubi, postquam hoc dictum . . . ειπε τη διανοιᾳ; ει τω ἐκαποτα ετει &c. attulit, addit: μη τοι νομισῃς, ω γενναιος, το ειπεν & χι τω σοματι αλλα τη διανοιᾳ προσκειδαι παρεργως. et postea: τηγαρ διανοιᾳ,

φησιν,

(o) *Lib. I. Histor. sacrar.* p. 18. ed. *Vorſtii*: *Tum ei* (*Abramo*) *atque uxori eius adiectione unius litterae nomen immutatum*.

φησιν, εἰπεν. Ex quibus igitur simul constat, Philonem non solum cum Compl. edit. et MS. Alex. nullum pronomen αυτος, post τη διανοια, legisse, sed etiam cum textu Hebr. vocem superfluam λεγων, in omnibus των ὁ edit. et verff. Latt. Sabat. obviam, omississe. — LXX. καὶ ει ἐσταρρα... in Philone vero, omissum est ει, et in MS. Alex. Aldinaque edit. των ὁ, ο. — Philo denique cum sola Ald. των ὁ edit. post verba, εγενηκοντα ετων, vocem ετα supplet, quae eo potius in LXX. recipienda videtur, cum Hebraico הַבָּת aliquo modo respondere queat; constat enim, mulierem, nonaginata annos natam, Hebraice dici filiam nonagesimi anni, quemadmodum quoque Abrahamus supra in hoc vers. de seipso dicat: הַלְּבָן מִאָה־שָׁנָה יוֹלֵד num filio centesimi anni nascetur? et alio loco (p) agnus anniculus a Mose dicatur בֶּן שָׁנָה filius anni.

Cap. XVIII, 12. Quae Philo habet p. 101. καὶ εγελασε τη διανοια καὶ ειπεν, aut e circumscriptione, quae in hoc contextu Philonis manifesta est, aut e loco parallelo Gen. XVII, 17. vitiose orta videntur: Ipse enim Lib. de Mutatione Nominum p. 1070. cum LXX. accuratissime conveniens, hoc dictum ita exhibet: εγελασε δε σαρρα εν έσυτη λεγεσα. Praeterea etiam Verff. Latt. Sab. quae in semetipsa habent, lectionem

(p) Gen. XII, 5.

lectionem των ὁ εν ἑαυτῇ confirmant; ita ut nemini ex Philone oriri debeat suspicio, interpres Ale-  
xandrinos verba בְּקָרְבָּה Gen. XVIII, 12. et  
בְּלֹבֶר Gen. XVII, 17. utroque loco per eandem vocem  
τη̄ διαβολα explicasse; Quod tamen ita fieri potuisse  
ostendunt Syri Arabisque interpretationes: ille enim  
utroque loco per ﴿, hic per نَعْصَن reddunt.

v. 17. Philo Lib. III. *Allegor.* p. 66. cum LXX.  
μη κρυψώ; Rom. vero et *Compl.* edit. οὐ μη κρυψώ  
legunt. — εγώ ante από αβραάμ in sola *Compl.*  
edit. omissum est. — Porro Philo hoc quidem loco  
cum omnibus των ὁ editt. τε παιδος, sed, quod  
notatu dignissimum est, *Lib. de verbis: Respsuit Noe.*  
p. 281. hoc dictum ita exhibet: φίλοι γαρ το σο-  
φον Θεόφ μαλλον η δελον, παρ ὁ καὶ σαφως επει  
Αβραάμ φασκει; μη επικαλυψώ εγώ από Αβραάμ  
τε φίλων . . . Philonem igitur in LXX. τε φίλων  
pro hodierno τε παιδος legisse, manifestum est.  
Atque veram esse hanc Philonis lectionem plurimae  
suadent rationes: Jacobus Apostolus (q) de *Abra-*  
*hamo:* „καὶ φίλοις Θεού εκλιθην” dicit. Clemens  
*Romanus* (r): „αβραάμ, inquit, ὁ φίλος προσα-  
γορευθεις, πιστος ἐνρεθη”. Clemens *Alexandrinus*  
ite.

